



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.


Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



40 Phil

85



Materia 38
Forma 38

~~1/10~~
1/10

Gottfried Christoph Herwart
1763. J. 8. Februar.

INSTITVTIONES
PHILOSOPHIAE


RATIONALIS

METHODO SCIENTIFICA
CONSCRIPTAE)

A

CHRISTIANO IO. ANTONIO
CORVINO

PHIL. MAG.



IENAE,

apud IO. ADAM. MELCHIORIS VIDVAM

A. MDCCLVI.



PRAEFATIO.



Longa praefatione, vt TE, B.
L. detineam, necessarium
esse non duco, de instituti
tamen mei ratione, pauca quin mo-
neam, praetermittere non possum. Ob-
tulit se mihi ex aliquo iam tempore ex-
optata occasio, tum in aliis disciplinis
philosophicis, tum in Logica specia-
tim, in Alma nostra Salana selectum
Generosissimorum atque Nobilissimo-
rum iuuenum coetum erudiendi. Se-

) (2

cu-

PRAEFATIO.

cutus sum in rationalis philosophiae
præceptis tradendis Illustrẽm WOL-
FIVM, in libello, *vernünfftige Gedan-
cken von den Kräfteñ des menschlichen
Verstandes, und ihrem richtigen Ge-
brauch in Erkäntniß der Wahrheit.*

Scriptum istud WOLFII esse egregium,
& pro scopo, quem intendebat auctor
illustris, completum, boni omnes fa-
tentur. Omnia enim, quæ ad perficiendum,
riteque in veritatis cogni-
tione adhibendum intellectum faciunt,
proponere, neutiquam, habuit in ani-
mo. Hinc si praelectionibus academi-
cis destinatur iste libellus, annotatis
varia sunt supplenda, quæ vel intacta
pror-

PRAEFATIO.

prorsus reliquit WOLFIVS, vel non ita exposuit Vir illustris, prout operae videtur esse pretium, ei qui completam docere Logicam cupit. Morem istum aliorum imitatus, necessaria supplementa, ut in calamum dictarentur auditoribus solertissimis, curavi. Non displicere ea commilitonibus suavissimis, atque utilitate non destitui hac ratione eosdem, non sine insigni voluptate percepi. At enimvero scribendo esse laceffitos nonnullos, aliosque non minus sibi a scribendorum metuere multitudine, ad meas peruenit aures. Quidam, scholas frequentaturi meas, accurrunt, utque typis excudi mea di-

PRAEFATIO.

ctata iuberem, optant, scribendi quippe taedio correpti. Suscipit in se negotium bibliopola, *Ioannes Adamus Melchior*, de re literaria optime meritus, suisque sumtibus ut profarent ista mea dictata, voluit. Vix vna alteraque typis exscripta erat plagula, cum denuo ad me accedit bibliopola, & ut integram Logicam ex istis dictatis conficerem, me rogat. Promitto. Nouo eapropter examini subiicio posita olim, addo, quae defunt in dictatis, ut integrum euaderet opus. Mox varia grauiissimaque intercedunt impedimenta, labores meos retardantia aliquatenus. His vero submotis, rursus submitto
ope-

PRAEFATIO.

operi humeros, viresque a diuina gratia restitutas adhibeo. Peruenio ad finem, caelesti adiutus auxilio, citius, quam ipse opinatus eram ante. Siftit se itaque, B. L. Tuis oculis praefens libellus. De ipsius conditione ac qualitatibus, vt iudices nunc, Tuum est. Ea vt exponerem, dedi operam, quae intellectus inseruiunt emendationi. Scriptores mihi, fateor, fuerunt ad manus, egregii plane, ex quorum cogitatis proficere, meaque irrigare licuit arua. Illustris WOLFII philosophiam rationalem non absque vsu me consuluisse, fateor libens, cum primis in ea Logicae parte, quae a praxi denominari

PRAEFATIO.

fuevit. Auctorem quoque *artis* quam vocant, *cogitandi* euolui, nec eius me consilii poenituit. Praesertim vero, qui primo merito nominandus erat loco, Excellentissimi REVSCHII, systema Logicum in vsus conuerti meos. Reliquis fere omnibus illud opus facile praeripere palmam, nemo dubitabit, qui attentione sufficiente id perlustrauerit. Noua cum veteribus acute & adcurate hic coniunxit celeberrimus auctor. Capite quoque secundo, vbi traditur de symbolica cognitione, doctrina, CANZII & CARPOVII de linguae perfectione tractantia scripta in auxilium vocaui, ordine debito atque per-

PRAEFATIO.

perspicue, quantum in viribus meis fuit positum, quaevis explicavi; in difficilioribus prolixior, in iis quae facilio-
ra, brevitatis studiosus; exempla non lubuit adicere ubiuis, ne opus ita ex-
cresceret nimium, praelectionibus prae-
terea consecratum. Cur propositioni cui-
libet suum addiderim nomen, ma-
thematicorum more, res est in vado.
Non prouectioribus scribo, sed qui phi-
losophiae rationalis rudimenta gusta-
re percipiunt, qui, quantum ex eius-
modi denominationum adiectione ca-
pian emolumentum, dici vix potest,
& quotidiana id docet experientia. In-
dicem satis, uti ex inspectione intellexi,

PRAEFATIO.

locupletem confecit vir iuuenis ornatissimus atque doctissimus. GEORGIUS PETRVS ZENCKELIVS, Schwarzenbaco ad Salam Baruthinus, philosophiae ac theologiae cultor assiduus, cuius diligentiam atque doctrinae praeclarae adparatum magni facio. Eidem hanc ob causam publice nunc persoluo debitas grates. Plura addere nolo, iudicio TVO, aequo, B. L. relinquens, vtrum mei conatus aliquid habeant utilitatis, an minus. Ceterum vale, meisque conatibus faue. Dab.

Ienae, d. XI. m. Aprilis, A. R. S.

MDCCLXXXIX.

CON-

na-
VS
en-
fo-
cu-
te-
m
l-
-
-
-

I

D

D

D

D



CONSPECTVS
INSTITVTIONVM

PHILOSOPHIAE RATIONALIS.

PRAELIMINARIA.

Caput I.

De principiis quibusdam ontologicis &
psychologicis pag. I

Caput II.

De methodis variis, praesertim demonstratiua II

Caput III.

De variis cognitionis humanae gradibus 15

Caput IV.

De philosophia & eius partibus, ordineque
eas tractandi, item de Logica speciatim,
et diuisionibus illius. 19

LOGI-

CONSPECTVS.

LOGICA IPSA.

	Caput I.	
<i>De ideis.</i>		p. 32
	Caput II.	
<i>De cognitione symbolica.</i>		70
	Caput III.	
<i>De definitionibus.</i>		93
	Caput IV.	
<i>De diuisionibus.</i>		108
	Caput V.	
<i>De iudiciis et propositionibus.</i>		114
	Caput VI.	
<i>De ratiociniis et syllogismis.</i>		164
	Caput VII.	
<i>De veritate eiusque opposito.</i>		208
	Caput VIII.	
<i>De cognitione certa et probabilis.</i>		213
	Caput	

CONSPECTVS.

Caput IX.

*De experientia, itemque cognitione a posteriori
& a priori.* P. 219

Caput X.

De arte inueniendi.

Sectio I.

De arte experiundi. 224

Sectio II.

*De arte inueniendi rationali, ubi cumprimis de demon-
stratione atque meditatione agitur.* 229

Caput XI.

De librorum usu.

Sectio I.

De differentia librorum. 241

Sectio II.

De librorum lectione, ubi de hermeneutica. 243


Sectio III.

De libris diiudicandis & examinandis. 252

Caput

CONSPECTVS.

Caput XII.	
<i>De modo alios conuincendi</i>	p. 266
Caput XIII.	
<i>De refutatione & defensione</i>	269
Caput XIV.	
<i>De methodo disputandi</i>	278
Caput XV.	
<i>De ratione veritatem aliis rite proponendi</i>	285



PRAE-

6

9

3

5

TABVLA OMNIVM PHILOSOPHIAE PARTIVM

PHILOSOPHIA est sci-
entia possibilium, siue
entium

I. In genere, vnde oritur ONTOLOGIA

II. In specie, vbi rursus duae sunt classes

A.) *ens infinitum*, vnde THEOLOGIA NATVRALIS

B.) *entia finita*, quae considerantur vel

1) in genere, siue mundus, hinc COSMOLOGIA TRANSCENDENTALIS

2) in specie,

a) corpora, quae considerari possunt vel

a) in genere, vnde oritur PHYSICA GENERALIS

β) in specie,

α) qua caussas, hinc PHYSICA, (*simpliciter*) et haec diuiditur, in duas partes, scilicet

1) ratione diuersae methodi,

a) *a posteriori*, vnde PHYSICA EXPERIMENTALIS

b) *a priori*, vnde PHYSICA DOGMATICA

2) ratione diuersorum obiectorum, scilicet

a) corporum mundi totalium, hinc COSMOLOGIA PHYSICA

b) corporum mundi partialium,

a) *fossilium*, vnde ORYCTOLOGIA

β) *aquae*, vnde HYDROLOGIA

γ) corporum animalium, quae considerantur vel

1) in genere, vnde PHYSIOLOGIA

2) in specie corpus hominis, vnde ANTHROPOLOGIA

a) in statu sano, PHYSIOLOGIA (*strictiori significato*)

b) in statu morbi, PATHOLOGIA

δ) vegetabilium, PHYTOLOGIA

a) herbarum, BOTANOLOGIA

b) arborum, DENDROLOGIA

ε) corporum artificialium, TECHNOLOGIA

ζ) qua fines, TELEOLOGIA

b) *simplicia*, quae considerantur vel

a) in genere, MONADOLOGIA

b) in specie, *spiritus*, vel

a) in genere, PNEVMATICA

β) in specie, anima humana, PSYCHOLOGIA

A) respectu methodi,

1) *a posteriori*, PSYCHOLOGIA EMPIRICA

2) *a priori*, PSYCHOLOGIA RATIONALIS

B) respectu obiecti,

1) facultatis cognoscitiuae, eiusque emendationis, LOGICA

2) facultatis adpetitiuae, & illius directionis, PHILOSOPHIA PRACTICA

a) *suppeditando scientiam malarum & bonarum actionum*, IVS NATVRAE

1) *omnium, tam erga nos, quam erga Deum & alios*, IVS NATVRAE latissime.

2) *erga alios tantum*, IVS NATVRAE strictius

3) *illarum tantum erga alios, ad quarum oblationem vel omissionem cogi possumus*, IVS NATVRAE strictissime, seu IVS NATVRAE COGENS

b) *suppeditando media, ope quorum bonum est sequendum & malum vitandum*,

1) in statu naturali, ETHICA, siue PHILOSOPHIA MORALIS

2) in societariis minoribus, OECONOMICA

3) in statu civili, POLITICA, siue PHILOSOPHIA CIVILIS

METAPHYSICA est complexio ontologiae, psychologiae empiricae, cosmologiae, psychologiae rationalis, & theologiae naturalis.

10

I. in generis, vnde
 II. in speciem, vbi
 A.) per speciem
 B.) per generis
 1) in generis
 2) in speciem
 3) in speciem

4) in generis
 5) in speciem
 6) in speciem
 7) in speciem
 8) in speciem
 9) in speciem
 10) in speciem

hologiae



PRAELIMINARIA.

CAPVT I.

DE

PRINCIPIIS QVIBVSDAM ONTOLOGICIS ET PSYCHOLOGICIS.

Eadem sunt, quatenus determinationes vltimae sunt etiam determinationes alteras, si quatenus habent, vltima ta comuniad

Eadem sunt, quae sibi possunt substitui, *Definit.*
et res manet vt ante; *diuersa*, quae sibi
substitui non possunt ita, vt res maneat
vti ante. Eadem conuenire, coincidere,
sive conuenientiam habere, diuersa non
conuenire, sive disconuenientiam habere, dicuntur.

*Haec res alteram repraesentat, quae in altera
eius exprimit, in altera conformatur, repraesentatio itaque est
sive eius ad alterum conformatio.* *Definit.*
*quaedam alteram si in se
aliquid est, quod non aliter potest aliquid esse in altera
sive in se conformatur, ea qua aliquid cognosci potest.*

§. 3. In nobis aliquid est, quod rebus variis *Exper.*
conformatur. *sunt repraesentationes*

§. 4. Dantur itaque in nobis repraesentationes *Exper.*
variaram rerum (per §. 3. et 2.) quae vocantur *perceptiones.*
quae sunt in ente simpliciter,

Perceptiones generatim defini solent, quod sint Schol.
repraesentationes in ente simplici, vti *imago* vo-
catur repraesentatio entis compositi in compo-
sito. Sed quoniam in praesenti non potest demon-
strari animae nostrae simplicitas: nos *perceptiones* ita definiemus, quod sint repraesentationes in anima nostra. *et eum similitudine.*

§. 5. Res sibi tanquam diuersas repraesentare *Definit.*
est eas a se inuicem distinguere.

§. 6. Nos nobis multa tanquam a se inuicem *Exper.*
a nobis diuersa representamus.

Coruini Logica. A §. 7.

et *negativa*, hinc potest intelligi. Simultanea eiusdem de eodem affirmatio et negatio dicitur *contradictio*.

§. 20. Quidquid contradictionem inuoluit, *fr* Definit, ue quoposito contradictione ponitur, id vocatur *impossibile*; *possibile* contra, quod nullam contradictionem inuoluit.

Possibile ens et *aliquid* in se sunt eadem, licet aliqua ratione, pro nostro concipiendi modo, distingui possunt. *Idem de non ente, impossibile* et *nihil* est dicendum. *Interdum hitermini conceptus habent aces/oris*

§. 21. *Cognoscere aliquid* (pro actu) est cogitationem de eo habere; *pro statu vero* significat, *possibilitatem ubi opus est cogitationem de aliqua re ad eam perduxisse facultatem, ut illam reproducere queamus.* Hinc quid sit *cognitio* facile patet.

§. 22. Interdum aliquid cognoscimus (§. 21. Consect. et 14.).

§. 23. Possibilitas agendi est *facultas*. Possibilitas aliquid cognoscendi, *facultas cognoscitiua*. Definit.

§. 24. Ab esse ad posse valet consequentia. Axioma.

§. 25. Anima itaque habet facultatem cognoscitiuam (§. 24. 23. et 22.).

§. 26. *Res nobis praesens* est, quae nos adficit; *absens*, quae nos non adficit. Ea vero, quae nos adficiunt, vel sunt obiecta externa, quae in corpus nostrum agunt, vel sunt mutationes animae. Definit. *i. e. quae mutationem in nobis producit.*

§. 27. Cogitamus interdum obiecta animae nostrae immediate praesentia, siue adpercipimus mutationes in anima nostra obuias. Interdum etiam cogitamus obiecta animae mediate praesentia i. e. quae corpus nostrum adficiunt. Exper.

§. 28. Cogitationes rerum praesentium vocantur *sensationes*, et sunt vel *externae*, vel *internae*. Definit. *Internae* sunt adperceptiones mutationum animae

et *negativa*, hinc potest intelligi. Simultanea eadem de eodem affirmatio et negatio dicitur *contradictio*.

§. 20. Quidquid contradictionem inuoluit, *fi* Definit. ue quo posito contradictio ponitur, id vocatur *impossibile*; *possibile* contra, quod nullam contradictionem inuoluit.

Possibile ens et *aliquid* in se sunt eadem, licet aliqua ratione, pro nostro concipiendi modo, distingui possunt. *Idem de non ente*, *impossibili* et *nibilo* est dicendum. interdum hi termini conceptus habent auctoritas de quo tractabimus in metaphysicis. Schol.

§. 21. *Cognoscere aliquid* (pro actu) est cogi. Definit. rationem de eo habere; *pro statu vero* significat, *possibilitatem ubi quiescit cogitationem de aliqua re ad eam perduxisse facultatem, ut illam reproducere queamus.* Hinc quid sit *cognitio* facile patet.

§. 22. Interdum aliquid cognoscimus (§. 21. Consect. et 14.).

§. 23. *Possibilitas agendi* est *facultas*. Possibi- Definit. litas aliquid cognoscendi, *facultas cognoscitiua*.

§. 24. Ab esse ad posse valet consequentia. Axioma.

§. 25. Anima itaque habet facultatem cognoscitiuam (§. 24. 23. et 22.).

§. 26. *Res nobis praesens* est, quae nos adficit; Definit. *absens*, quae nos non adficit. Ea vero, quae nos nemin nobis producit. Ea vero, quae nos adficiunt, vel sunt obiecta externa, quae in corpus nostrum agunt, vel sunt mutationes animae.

§. 27. Cogitamus interdum obiecta animae nostrae immediate praesentia, siue adpercipimus mutationes in anima nostra obuias. Interdum etiam cogitamus obiecta animae mediate praesentia i. e. quae corpus nostrum adficiunt. Exper.

§. 28. Cogitationes rerum praesentium vocantur *sensationes*, et sunt vel *externae*, vel *internae*. Definit. *Internae* sunt adperceptiones mutationum animae

nostrae, *externae* sunt cogitationes rerum corpori nostro praesentium.

Confect. §. 29. Habemus itaque interdum sensationes internas & externas (§. 28. & 27.).

Definit. §. 30. Facultas sensationes habendi dicitur *sensus*. *Sensus externus* est facultas habendi sensationes externas; *sensus internus* autem facultas habendi sensationes internas, siue facultas ad percipiendi mutationes animae nostrae.

Confect. §. 31. Sensum itaque habemus & externum & internum. (§. 30. 29. 24. 23.)

Definit. §. 32. Pars corporis, in cuius mutationibus continetur ratio perceptionum, quas habemus de mundo materiali, dicitur *organum sensorium*.

organum sensorium sunt membra corporis, in quibus mutationes continentur organa, quibus conveniunt in sentiendis con-
unum

Schol.

Illae partes sunt quintuplicis generis. Aliae aptae sunt ad recipiendos motus radiorum luminis, aliae sonorum, porro quaedam effluiorum odoriferorum, nonnullae salium, aliae denique corporum crassiorum. Pro diuersitate harum partium obiecta nobis diuersimode repraesentamus (per exper.), vnde sensationes externae sunt quintuplicis generis, *scil. visus*, qui est cogitatio obiectorum, quae oculum, qua talem, adficiunt: *auditus* &c.

Theor. §. 33. Cum sensationes externae sint quintuplicis generis (§. 32. Schol.): sensus quoque externi quinque recte statuuntur (§. praeced.), facultas nimirum videndi, audiendi &c. Sensus vero internus non est, nisi vnicus. Adducatur hic sententia Stoicorum, eiusque falsitas ostendatur.

Exper. §. 34. Si olim cogitationes plures coniunctim habuimus, & nobis occurrat vnum ex obiectis, tunc repraesentatis, vt cogitatio vna in anima nostra oriatur ex iis, quas antea coniunctim habuimus, reliquas simul hac occasione anima re-

pre-

De principiis quib. Ontolog. Psychologicis. 5

producit; si etiam vel maxime obiecta sint ab-
sencia.

§. 35. ^{rerum, essentium ideas, olim sensu externo acquisite.} Facultas animae conditiones antea ha- Definit.
^{locum in parte productivae facultatis habent saltem in externo percipit eodem modo} bitis reproducendi, obiectis licet absentibus
^{in denuovo praesentia hinc videtur in quibusdam actibus cogitatione et absentibus,} vocatur ~~impressio~~, et ipsa ~~reproductio~~ anima
^{quoniam ex tunc percipit a anima reproductivae hanc sicut in imaginatione} reproducta, obiecto licet absente, ~~plurimum~~
imaginationis.

§. 36. Non raro nobis conscii sumus, nos Exper.
cogitationem, quam nunc habemus, iam antea
habuisse, h. e. *cogitationem reproductam recognof-*
cimus.

§. 37. Facultas cogitationes reproductas re- Definit.
cognoscendi, vocatur a WOLFIO *memoria.*

§. 38. Memoriam itaque habemus (§. 37. 36. Consect.
24. 23.)

§. 39. Saepius plures simul habemus percep- Exper.
tiones.

§. 40. Complexus perceptionum, quas simul Definit.
habemus, vocatur *perceptio totalis*; vna vero vel ^{Perceptio, quae non potest}
altera perceptio, quae cum aliis totalem con- ^{in alia resolvi dicitur per}
stituit, *perceptio partialis* nominatur. ^{plex. Perceptio totalis sem-}
composita, quae constat ex pluribus partialibus. ^{per est composita eorum.}
^{posita non semper est tota}

§. 41. Possumus efficere, vt partis perceptio- Exper.
nis totalis magis nobis conscii fiamus, quam
reli quarum, siue vt partem perceptionis totalis
nobis vividiorem atque clariorem repraesente-
mus, quam reliquas partes.

§. 42. ^{capacitas animae ex multis obiectis unam prae-} Aeternae animae quo emittit, vt pars per Definit.
^{reproductivae cognitionis hinc vocatur} ceptionis totalis clarior evadat, quam reliquas,
vocatur *attentio.*

§. 43. Possumus itaque attendere (§. 42. 41. 24.) Consect.

§. 44. Facultatem itaque attendendi habemus Consect.
(§. 43. 23.)

§. 45. Possumus, si in vno obiecto plures de- Exper.
prehendantur adfectiones, nostram attentionem
ab vna ad alteram continuare.

- Definit. §. 46. Attentio per adfectiones alicuius obiecti continuata, dicitur reflexio.
- Consect. §. 47. Facultatem itaque reflectendi habemus (§. 46. 45. & 23.)
- Exper. §. 48. Si plura nobis repraesentemus obiecta, ad ea attendamus, & super iis reflectamus, possumus conatum exserere adpercipiendi illorum identitatem.
- Definit. §. 49. Res comparare est conatum exserere, vt plurium identitatem adpercipiamus.
- Consect. §. 50. Facultatem itaque res comparandi habemus (§. 49. 48. & 23.)
- Definit. §. 51. Illud, quod cum certitudine de ente aliquo praedicari potest, vocatur in eo determinatum; determinare autem est, efficere, vt aliquid de aliquo cum certitudine praedicari queat.
- Definit. §. 52. Ens omnimode determinatum, siue quod non potest de pluribus praedicari cum sui multiplicatione, seu in plurali, vocatur indiuiduum, siue ens singulare. Ens vniuersale, quod omnimode determinatum non est, siue de pluribus potest praedicari cum sui multiplicatione, seu in plurali.
- Definit. §. 53. Quicquid alicui enti conuenit, eius vocatur adfectio. Adfectiones internae sunt, quae in ente in se considerato possunt agnosci, & per quas adeo res potest ab aliis distingui; audiuntur characteres, notae characteristicae, notae, item qualitates; illud vero in re, quod non potest in ea agnosci, nisi assumto alio; dicitur praedictum relatiuum siue relatio; speciatim, si non potest in re agnosci, nisi vel sensu, vel, si res sit absens, assumta mentis, vocatur quantitas. Characteres iterum, vel sunt proprii, vel communes; vel sufficientes, vel insufficientes, vel perpetui, vel temporarii.

siue adfectio interna

multitudine inter se conueniunt

§. 54. Si entia singularia nobis repraesentamus, interdum vnā vel aliquot eius adfectiones & characteres nobis repraesentamus siue reliquis, si voluerimus.

Exper.

§. 55. Res a se inuicem separare vocatur abstrahere. Possimus autem res separare, vel ipsa re, quae est abstractio realis seu physica; vel sola cogitatione, vnde oritur abstractio logica siue mentalis, siue idealis, quae consistit in eo, vt separatim cogitemus alias coniuncta.

Definit.

Ex praecedentibus patet, quod abstractio, de qua WOLFIVS loquitur, sit species abstractionis, prout a nobis definita est. Intelligit enim per eam actum animae, quo plurium obiectorum identitatem nobis repraesentamus, missa siue neglecta diuersitate; haec itaque semper requirit obiecta plura.

Schol.

§. 56. Interdum itaque abstrahimus (§. 55. 44.) adeoque facultatem abstrahendi habemus. (§. 24. 23.)

Confect.

§. 57. Idea de ente singulari suo Individuo vocatur idea singularis. Idea de ente vniuersali dicitur abstracta, item communis, item vniuersalis, & vna voce vocatur notio.

Ex adhuc dictis adparet discrimen repraesentationis, perceptionis, cogitationis, ideae, siue conceptus & notionis. l. manens l. vanuolabile.

Schol.

§. 58. In homine datur facultas rerum identitates seu conuenientias obseruandi, in vno tamen magis, quam in altero.

Exper.

§. 59. Facultas rerum conuenientias obseruandi vocatur ingenium.

Confect.

§. 60. Homo itaque ingenio gaudet, sed vnus maiori quam alter (§. praec. & 58. it. §. 24. et 23.)

Definit.

§. 61. Illa obiecta, quorum conceptum aliqua idea ingreditur, dicuntur eius ideae inferiora, item sub illa contineri, innotui, comprehendi; ipsa vero

Definit.

Exper. abstractio est ille actus animae quo aliquid separatum conf-
-strahimus
Definit. t. vnus plurium
missa l. vnus
l. vnus plurium
missa l. vnus
l. vnus plurium
missa l. vnus

vero idea, respectu idearum de his obiectis, idea superior, siue superius salutatur, item dicitur in ideis suorum inferiorum contineri, comprehendendi inuolui. Complexus inferiorum alicuius ideae eius vocatur extensio, quantitas, latitudo. Idea, quae omnia inferiora alicuius ideae sub se comprehendit, sed praeterea adhuc alia, dicitur idea latior, superior, superius, haec vero angustior, strictior, inferior, inferius; seu idea inferior quam altera est, quae posteriorem totam in se continet, vna cum alia quadam idea. Idea vero superior altera, quae in hac continetur tota, vna cum alia idea. Idea vna tum dicitur contineri in altera siue in ea inuolui, si, posita vtrunque posteriori, prior ponitur.

Definit. §. 62. Cogitationes quarum vna in vel sub altera continetur, conuenientiam habere inuoluentem, item conuenire, et se inuoluere dicuntur. Cogitationes vero, quae se non inuoluunt, dicuntur disconuenientes, diuersae, item habere disconuenientiam.

Theor. §. 63. Quod idea aliqua cum alia conuenientiam habeat et disconuenientiam, de vna idea sola non potest cognosci, adeoque conuenientia idearum est praedicatum idearum relatiuum, siue relatio (§. 53.), et nos per relationem idearum in sequentibus earum conuenientiam et disconuenientiam semper intelligimus.

Schol. Potest, quod de cogitationibus in genere est dictum, facili negotio adplicari ad ideas, quae species sunt cogitationum.

Exper. §. 64. Interdum cogitamus relationem duarum idearum.

Definit. §. 65. Cogitatio relationis duarum idearum vocatur iudicium, et facultas cogitandi relationem duarum idearum facultas iudicandi.

§. 66.

De principiis quib. Ontolog. et Psychologicis. 9

§. 66. Nonnumquam ergo iudicamus (§. 65. Confess. 64.) et facultatem iudicandi habemus §§. cit. et

§. 24. 23.)

Vox iudicii inderdum paulo aliter sumitur v. g. Schol. quando dicimus: Cuius iudicio egregio est praeditus.

§. 67. Ex motu aeris tremulo oritur sonus. Definit. Sonus, qui variis constat determinationibus, siue articulis, vocatur articulatus, a nonnullis vox.

§. 68. Ens, ex quo cognosci potest existentia alterius entis, vocatur signum et dicitur significare. Signum cogitationum est, ex quo certarum cogitationum existentia colligitur; vocatur etiam Symbolum cogitationum.

§. 69. Vox ideam significans terminus audit. Definit.

§. 70. Iudicium symbolice expressum dicitur Definit. propositio.

§. 71. Connexa dicuntur ea, quorum vnum continet rationem alterius, et nexus est ea rerum adfectio, vi cuius vnum continet rationem alterius. Nexus cogitationum est conuenientia earum involuens; cogitationes autem connexae vocantur, quarum vna continet rationem alterius.

§. 72. Nexum rerum non raro perspiciamus. Exper.

§. 73. Facultas nexum rerum, siue cogitationum perspiciendi, dicitur ratio (Bernunft) seil. subjective spectata, si enim de ratione obiective tali sit sermo, intelligitur ipse nexus cogitationum siue potius nexus veritatum. Hinc quid sint cogitationes rationales, facile perspiciatur. nampe eae, quarum si una vera est, altera falsa esse nequit, quae habent nexum obiectivum

§. 74. Rationem itaque habemus (§. 73. 72.) Confess.

§. 75. Id quod continet alicuius rationem, eius Definit. principium, quod vero rationem sui in altero habet principiatum vocatur. Principium cognoscendi est cogitatio, quae continet rationem veritatis

- cogitationis alterius: *principiatum cognoscendi*, siue *conclusio* Est cogitatio, cuius veritatis ratio in alia cogitatione continetur.
- Definit. §. 76. Propositio: impossibile est idem simul esse et non esse, dicitur *principium contradictionis*: propositio autem: nihil est sine ratione sufficiente, *principium rationis sufficientis*.
- Schol. Quae de duobus hisce magnis principiis notanda sunt, pertinent ad Ontologiam.
- Definit. §. 77. *Probare* aliquid est illud ex principiis suis cognoscendi deducere. Hinc, quid *probatio* sit, intelligitur.
- Schol. Illam deductionem fieri debere *legitime*, vt addamus, necesse non est; sequitur enim ex idea *deductionis*, vt ex inferius dicendis patebit.
- Definit. §. 78. Principium cognoscendi, quod ulteriori probatione non eget, dicitur *indubitatum*, et quod plane ulterius probari nequit, *absolute primum*.
- Schol. In numerum principiorum indubitatorum non debere referri, nisi definitiones legitime formatas, experientias, axiomata atque postulara, nec non propositiones antea satis probatas, ex inferius dicendis patebit. Principium vero cognoscendi absolute primum vnicum tantum datur, nimirum illud contradictionis.
- Definit. §. 79. Ex principiis indubitatis deducere propositionem aliquam est illam *demonstrare*.
- Consect. §. 80. Ad omnem itaque demonstrationem requiritur 1) principia cognoscendi indubitata, et 2) deductio propositionum ex iisdem, siue legitimus concludendi modus.

Robore hanc man aequalitatem: est manifestam rēdere conneccionem propositionis
 cuiusdam cum eius antecedentibus. Unde: In hāc manifestatio nexūs fuit modus conclusivus
Argumentum huiusmodi

Enim probatio hanc sign. dicitur ut fallit rēdignam: In nūq. hanc dicitur Iniquit. Iniquit.
 fatur. Et Iniquit. autem nūq. dicitur Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.
 Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.
 Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.

Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.
 Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.
 Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.

I. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.
 Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.
 Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.
 Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.

II. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.
 Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.
 Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.
 Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.

III. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.
 Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.
 Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.
 Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.

IV. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.
 Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.
 Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.
 Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.

V. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.
 Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.
 Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.
 Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit. Iniquit.

inimic no fragand et facultate
 formati

S. Indicia
 S. Regas
 S. Primam
 S. Operatio

Secundam
 Tisoperatio

S. Indicia
 S. Regas
 S. Primam
 S. Operatio

S. Indicia
 S. Regas
 S. Primam
 S. Operatio

Boehmius §. 107. ffz.
 cap. hysicac. hanc de.
 finem (appeditat:
 si interplura, quae
 simul sunt, vbi
 fuerunt, sequens
 quodlibet scilicet an
 ecedens secundum
 eandem sequam et
 cipit. hinc videntur
 vtiliformitas, eque
 latum mundum
 opo.



CAPVT II.

DE

METHODIS VARIIS, PRAESERTIM
 DEMONSTRATIVA.

Si in methodo cogitationis

Ordo est identitas in *collocatione*. *Methodus* Definit.
 est ordo cogitationum.

§. 82. In vna itaque cogitatione locum non **Consect.**
 habet methodus; plures vero cogitationes metho-
 dice disponi queunt (§. praeced.)

§. 83. Cogitationes variis modis possunt disponi. **Exper.**

§. 84. Varias itaque methodi sunt possibiles **Consect.**
 (§. 83. 81.)

Variae methodi vulgo recensentur e. g. *Syntheticae*, **Schol.**
 vbi a principiis progredimur ad conclusiones.

Analytica vbi a conclusionibus regredimur ad **II. de**
 principia. *Causalis*, vbi tractatio rei fit secun-

dum quatuor causarum genera. *Tabellaris*, vbi
 in tabulis, h. e. per varias diuisiones, et sub-

diuisiones res traduntur. *Questionaria*, vbi
 per quaestiones et responsiones; *dialogistica*, vbi

per dialogos siue colloquia res proponuntur.
Tumultuaria, seu *quodlibetaria*, vbi omnia inter

se permiscuntur.

§. 85. Si cogitationes ita disponuntur, prout **Definit.**
 organa sensoria successiue ab obiectis externis ad-

ficiuntur, vel etiam prout imaginatio cogitatio-

nes reproducit, dicitur *methodus sensuum* siue

imaginationis, item *memoriae* (voce memoriae ita

late sumta, vt ipsam imaginationem includat);
 item *methodus historica*. Quodsi vero res propo-

nuntur, prout sibi similes sunt, est *methodus inge-*
nii, ad quam pertinet *tabellaris*.

§. 86. *Methodus rationis* est ordo cogitationum, **Definit.**
 prouti inter se connectuntur, vel ope rationis se
 consequuntur.

Est

- Schol. Est itaque methodus rationis vel *analytica*, vel *synthetica* (§. 84. Schol.)
- Definit. §. 87. *Methodus demonstratiua* est illa, secundum quam res ita proponuntur, ut demonstrentur, et est vel *analytica*, vel *synthetica*.
- Consect. Quenam sint requisita methodi demonstratiuae patet ex §. praeced. Externa enim methodi e. g. denominatio propositionum, itemque citatio *§*rum necessaria non sunt.
- Schol. I. Methodi demonstratiuae syntheticae requisita sunt 1) Principia indubitata, 2) modus concludendi legitimus, 3) ut principia conclusionibus et conclusiones proximae remotioribus semper praemittantur. Quis itaque contra hanc methodum percerit, intelligitur. Nunc utilitates eiusdem varias breuibus exponemus.
- Schol. II. Methodus demonstratiua synthetica palmam praeripit analyticae in veritatibus proponendis, unde simpliciter *demonstratiua* vocari solet, item *mathematica*, *geometrica*, *philosophica*, *rustica*, item *methodus rationis*, WOLFII etc.
- Definit. §. 88. Complexus plurium inter se connexorum vocatur *systema*. Hoc loco per illud speciatim intelligimus, complexum cogitationum inter se connexarum.
- Schol. Cum cogitationes vel verae sint vel falsae, dari potest et *systema veri nominis* et *systema errorum*.
- Theor. §. 89. Quae methodo mathematica proponuntur cogitationes, debent esse connexae. (§. 87. 79. 75. 71.); per consequens, quae methodo *mathematica* proponuntur, efficiunt *systema* (§. 88.); siue methodus mathematica est simul systematica, quod tamen versa vice non procedit semper.
- Definit. §. 90. Illud certo cognoscimus, siue de eo cognitionem certam habemus, cuius oppositum esse non posse cognoscimus.

§. 91. Si ergo principia cognoscendi alicuius Conf. I.
propositionis indubitata, & modum concluden-
di legitimum esse cognoscamus, certam de ea re
cognitionem habemus (§. praec.)

§. 92. Vbi methodus adhibetur mathematica, Conf. II.
ibi & principia sunt indubitata, & modus con-
cludendi legitimus (§. 87. Conf.): ope ergo
huius methodi possumus ad cognitionem certam
adspirare (§. 91.)

§. 93. *Cognitio est solida*, si assertionum no- Definit.
strarum rationem reddere possumus vsque ad
principia indubitata. Sin vero hoc non possi-
mus, cum tamen fieri queat, *cognitio* nostra di-
citur *superficiaria*.

§. 94. Quicumque aliquam propositionem va- Theor.
let demonstrare, is illius perspicit principia indu-
bitata (§. 90.), per consequens illius potest red-
dere rationes vsque ad principia indubitata (§.
75.), adeoque *qui propositionem demonstrare va-*
let, eius cognitionem habet solidam (§. praeced.
& 87.).

§. 95. Methodo ergo demonstratiua si vta- Confect.
mur, cognitionem adquirere possumus solidam
(§. praeced.).

§. 96. *Promissitudo agendi est compendium vel Definit.
operae, vel temporis, vel vtriusque.* Dicitur
vna voce *habitus*. *Habitus demonstrandi di-*
citur scientia (subiectiua), vti *complexus propo-*
sitionum demonstratarum scientia obiectiue talis
audit. Illud *scimus*, siue illius *scientiam habeo-*
valemus, quod demonstrare valemus.

§. 97. Methodo mathematica itaque ad scien- Confect.
tiam & subiectiue & obiectiue talem possumus
peruenire (§. 96: 87.)

Hinc patet, cur illa methodus etiam dicatur Schol.
scientificam.

§. 98.

Definit. §. 98. *Cogitationes falsae sunt, quae inuolunt contradictionem; verae cogitationes sunt, quae contradictionem non inuolunt.*

Consect. §. 99. *Cogitationes itaque falsae rem nobis non exhibent, uti est; verae autem rem exhibent, uti est. Vnde veritas logica definiri potest, quod sit conuenientia cogitationis cum obiecto repraesentato; Falsitas vero logica, quod sit disconuenientia cogitationis & rei repraesentatae.*

*sic ea cogitatio ad se
tio, quae inuolunt con-
tradictionem*

Definit. §. 100. *Error est cogitatio falsa, seu est ad sensus propositionis falsae datus. Qui errare non potest, dicitur infallibilis, vel absolute, vel hypothetice.*

Schol. *Errorem non habere locum, nisi vel in principiis cognoscendi, vel in modo concludendi rite haud procedamus, ex inferius dicendis pluribus constabit.*

Theor. §. 101. *In methodo demonstratiua, neque in principiis, neque in modo concludendi aliquid negligendum est (§. 97.), per consequens illius ope euitari potest omnis error (§. 100.), & possumus eo peruenire, ut, firmiter semper eam obseruare possimus, simul infallibiles (§. 100.).*

Theor. §. 102. *Vbi euitare possum omnem errorem, possum verum a falso discernere (§. 100.), per consequens quid verum sit, quid falsum examinare, atque diiudicare.*

Consect. §. 103. *Per methodum itaque demonstratiuam examinari potest, quid verum sit, quid falsum, (§. 102. & 101.)*

Definit. §. 104. *Controuersia est pugna de veritate alicuius propositionis.*

Consect. §. 105. *Per methodum itaque mathematicam diiudicari atque decidi possunt controuersiae (per §. 104. & 103.).*

Definit. §. 106. *Ex veritatibus cognitis deducere incognitas, est eas inuenire.*

Consect. §. 107. *Cum ergo methodo mathematica ex prin-*

principiis indubitatis, tanquam veritatibus cognitis conclusiones, seu veritates incognitae deducantur (§. 87.): ope huius methodi veritates posse inueniri, est manifestum (§. 106.).

§. 108. *Convincere* aliquem de aliqua re, est **Definit.** efficere, vt de ea euadat certus, vel vt cognoscatur veritatem alicuius propositionis. ut obiectum alicuius propositionis ream

§. 109. Ope ergo methodi mathematicae. **Consect.** alicuiusquam possumus convincere (§. 108. & 92.). *perfruat*

§. 110. *Requisita* methodi demonstratiuae (§. 87.) adducta omnia locum habent tam in mathesi, **Theor.** quam in philosophia & facultatibus, quas vocant superiores (per inductionem); consequenter in omnibus huiusmodi disciplinis methodus mathematica potest applicari.

Haecc sufficiant de methodo: nunc diuersos humanae **Schol.** cognitionis gradus paucis sumus perlustraturi.

CAPVT III.

DE

VARIIS HVMANAE COGNITIONIS GRADIBVS.

§. III.

Nuda rei cognitio, siue cognitio de eo, quod **Definit.** aliquid sit, vocatur *cognitio historica*, siue *phaenomenorum*, & est vel *vulgaris* vbi circumstantiae, sub quibus aliquid fit, ne quidem attenduntur, vel *circumspectior*, vbi circumstantiae simul attenduntur.

§. 112. *Cognitio* per sensum ^{immediate} ~~per sensum~~ **Definit.** adquisitam dicitur *experientia*; cumque sensationes vel sint externae, vel internae (§. 67.): experientia etiam vel *externa*, vel *interna* erit.

§. 113. Experientia nihil cognoscimus, nisi **Theor.** quod aliquid sit; per consequens ope tantum illius

lius solam adquirimus cognitionem historicam (§. 112. 111.)-

Schol.

Cognitio historica non supponit aliam praeuiam, sed est prima, quam adquirimus, & quae cum eruditissimis quoque rudiori plebi est communis, vnde vulgaris audit, & est *primus & infimus humanae cognitionis gradus.*

Definit.

§. 114. Cognitio ^{rationis} rei dicitur *cognitio philosophica*, quod tamen ita est intelligendum, vt sit cognitio rationis rei, qua talis, siue quod & quomodo vnum sit ratio alterius. *Cognitio philosophica plurimarum rerum vocatur eruditio* vt cognitio plurimarum rerum generatim *doctrina* dicitur.

Consect.

§. 115. Cognitio itaque *philosophica* inuoluit perspicentiam, quod vnum sit ratio alterius, adeoque nexus rerum (§. 71.), adeoque *est opus rationis* (§. 73.).

Theor.

§. 116. Nihil est sine ratione sufficiente (§. 76.), consequenter cum dentur entia ratione praedita (per exper), quae itaque possunt, perspicere rerum nexum (§. 73.), adeoque rerum rationes (§. 71.) *cognitio rerum omnium philosophica est possibilis* (§. 114.), licet in nostris viribus, eadem vbique assequi, positum non sit.

Consect.

§. 117. Possibilis itaque est cognitio *philosophica rerum theologicarum, iuridicarum, medicarum, rei agrariae, artium quarumcunque & omnium possibilium* (§. praeced.).

Theor.

§. 118. Cognitio *philosophica* est opus rationis (§. 115.), ratio vero quo magis ab aliquo perficitur, eo melius hic rerum rationes perspicit. Ergo *quo magis aliquis excolit rationem, eo maior ipse euadit cognitio philosophica* (§. 114.) *potius*

Theor.

§. 119. Quicumque rem aliquam plane non cognoscit, is neque in eius rationes potest inquirere,

rere, vel quae sint eius rationes, et quomodo sint tales, cognoscere. *Cognitio itaque philosophica et secunda semper supponit historicam* (§. 114. III.)

Patet hinc, cur philosophica cognitio *secundus* di- Schol. catur *cognitionis humanae gradus*.

§. 120. Saepius quatenam sit rei ratio ex cir- Theor. cumstantiis potest cognosci (per exper.); Cognitio itaque *historica circumspiciat nonnumquam viam pandit cognitioni philosophicae*, vt ea, quasi intermedio gradu, a vulgari ad philosophicam ascendere queamus (§. 111. 114.).

Sine cognitione quidem historica non potest esse Schol. philosophica (§. 119.) interim tamen haec praecilla varias praestat vtilitates. Nam

- 1.) historica sola saepe fallit, si ad vius humanos transferri debet, philosophica vero securius potest applicari: docet enim rationes rerum (§. 114.) adeoque ostendit, quando idem obrineat, quod alio casu, scil. si eadem rursus locum habeat ratio.
- 2.) Ea, quorum cognitionem habemus philosophicam, certa praebent et foecunda principia, vnde alias veritates deducere licet, siue ope illius possumus veritates inuenire (§. 106.)
- 3.) Coniuncta est cum sensu perfectionis & nostri & rerum aliarum, a Deo sapienter connexarum, adeoque creat in nobis voluptatem cum nulla fere alia comparandam.
- 4.) Historica non, satisfacit animo sciendi cupido, philosophica vero eidem satisfacit.
- 5.) Qui cognitione philosophica instructus est; potest mentem suam perspicue explicare, adserta demonstrare, et ab obiectionibus valide liberare, quod in eius, qui sola pollet historica, viribus non statim positum est.
- 6.) A variis erroribus e. g. atheismo, gentilismo, anthropomorphismo &c. superstitione et vanis terroribus nos praesernat. Quodsi enim rationes

Coruini. Logica.

B

rerum

7. Cognitio *secunda* adeoque etiam philosophica praestit compendio

rerum perspicimus, metus in nobis non orietur, si causam non adesse intelligamus, conf. GEORGII BERNHARDI BILFINGERI Diss. de triplici rerum cognitione, historica, philosophica & mathematica Tubingae 1722. 4to. item WOLFFIUS in ratione praelectionum, Sect. II. Cap. I. §. 14. seqq.

Definit. §. 121. *Cognitio* quantitatis rerum dicitur *mathematica*, quae vel tantum quantitatem rerum determinat, rationes tamen rerum non attingit; vel philosophicam secuta, rationum pondera & momenta causarum, & vires, effectuumque quantitates metitur. Fortassis illa *historico-mathematica*, haec vero *philosophico-mathematica* potest vocari.

Schol. Cum *mathesis* sit scientia quantitatum, quomodo illa differat a cognitione mathematica patet.

Consect. §. 122. Prioris generis cognitionem mathematicam non supponere nisi solam historicam, posterioris vero generis etiam philosophicam requirere, quilibet facile intelligit (§. 121. III. 114.)

Schol. Hinc videmus cur posterioris generis cognitio mathematica dicatur *tertius cognitionis humanae gradus*.

Theor. §. 123. Entia finita omnia habent quantitatem (per princ. Ontol.), Deus non item (per Theol. natural.); ergo *finitorum omnium cognitio mathematica est possibilis, non vero Dei*.

Schol. Vfus cognitionis mathematicae est varius, siquidem

- 1.) Per illam ad longe maiorem pervenimus cognitionis gradum. Cognitio enim illustrior esse non potest, quam ubi & rem, & rei rationem & quantitatem eius cognoscimus.
- 2.) Maior per eam evadit cognitionis nostrae philosophicae certitudo. Ope enim illius cognoscimus, effectum ab hac causa posse proficisci.
- 3.) Illius beneficio melius atque tutius res naturales in vsum

Cap. IV. De Philos. & eius partib. ordin. Et. 19

in vsus nostros conuertere possumus, Conf. BIL-FINGERVS & WOLFIVS Loc. citt.

§. 124. Fieri potest, vt aliquis cognoscat, quasnam rerum rationes alleget alter, & quamnam determinet quantifatem, ipse vero quomodo vnum alterius sit ratio non perspiciat, neque quomodo rei quantitas inuestigetur (per exper.). Cognitionem itaque alterius philosophicam & mathematicam tantum cognoscit; quae cum sit factum aliquod; possibile est, vt vnus cognitionem modo historicam habeat de philosophica et mathematica alterius (§. 111. 114.).

CAPVT IV.

DE

PHILOSOPHIA ET EIVS PARTIBVS, ORDINEQVE EAS TRACTANDI; ITEM DE LOGICA SPECIATIM ET EIVS DIVISIONIBVS.

§. 125.

Philosophia est habitus cognitionis philosophicae, si sumitur *subiective*, quodsi enim eadem voce vtaris *obiective*; illa est complexus disciplinarum, in quibus rerum redduntur rationes. **Philosophus** est, qui habitu pollet philosophicae cognitionis. Definit.

Differentiam cognitionis philosophicae & philosophiae quilibet facile potest ex his perspiciere. In philosophia itaque reddendae sunt rerum rationes, & quatenus alicuius rei rationes redduntur, eatenus id pertinet ad philosophiam (§. 125.). Schol.

§. 126. Cuiuscunque rei datur scientia, sup- Theor.
pediantur principia (per §. 96. 79.) per consequens rationes (per §. 75.). Hinc *quatenus alicuius rei datur scientia, eatenus illa pertinet ad philosophiam* (§. praeced.).

B 2

WOL

Schol.

WOLFIVS philosophiam definit per scientiam possibilem; quatenus esse possunt. *Neque illa definitio potest adscufari, quod ducar ad fastum, vel quod de solis possibilibus, cum exclusione existentium philosophandum esse innuat; neque nimis late patet:* philosophia enim est modus certus res cognoscendi, qui in omnibus disciplinis potest habere locum (§. 117.). Interim illa definitio videtur esse abundans duplici ratione; vnde nos illam (§. 125.), aliis etiam vfitatam amplexi sumus. Ceterum obseruandum, **WOLFIVM** & recentiores philosophiae vocem sumere vti **Pythagoras** & adscelae, itemque **CICERO** de officiis Lib. II. cap 2. Ab aliis vero philosophia sumitur late, pro complexu omnis cognitionis quae per solas naturae vires potest adquiri, vt ita historiam et philologiam simul complectatur cum philosophia stricte sic dicta.

Theor.

§. 127. Cum cognitio philosophica theologiae reuelatae, iurisprudentiae ciuilibus, medicinae, rei agrariae, artis saltatoriae &c. omniumque possibilem sit possibilis (§. 117. 116.): sequitur, vt *philosophia Theologiae reuelatae, Iurisprudentiae ciuilibus &c. sit possibilis* (§. 125.) imo *ipsorum mysteriorum*, quae quippe etiam sui habeant rationem necesse est, licet eam perspicere nobis datum non sit, adeoque philosophia mysteriorum nobis in hoc statu non sit possibilis.

Theor.

§. 128. Philosophus habitu pollet cognitionis philosophicae (§. 125.), per consequens maior est philosophus, qui plurium; minor, qui pauciorum obiectorum cogitatione praeditus est. Creaturae rationalis intellectus est limitatus, consequenter non perspicere potest omnia possiblem, adeoque nec omnium possibilem rationes, consequenter neque habitu cognitionis philosophicae omnium obiectorum pollere (§. 114.), & hinc

crea-

creatura non potest esse philosophus perfectissimus; quod soli Deo competit.

§. 129. Omnium possibilium philosophia in se est possibilis (§. 116.); omne possibile est ens, & vice versa (§. 20. Schol.), consequenter omnium entium philosophia possibilis est. Theor.

§. 130. Cum omnia entia in eo, quod entia sint, & quod ex hoc sequitur, conueniant, omnia entia quasdam adfectiones habent communes (§. 53.) Theor.

§. 131. Scientia entis in genere ^{et eorum adfectionum generalissima entis a notionem comprehenduntur} vocatur ~~On-~~ Definitio. ^{in genere, et eius immediatè inferiorum vocatur Ontologia}

§. 132. Entia sunt vel finita, siue creaturae, vel infinitum illud, siue DEVS. Inter creaturas eminent corpora & spiritus, inter hosce spiritus autem praecipue notari merentur animae nostrae. Corpora pariter atque animae considerari possunt vel a posteriori, vel a priori; corporum respici possunt causae & efficientes & finales; animae humanae variae facultates. Corpora sunt vel totalia e. g. stellae fixae &c. vel partialia e. g. fossilia, vegetabilia, speciatim arbores & herbae; animalia; meteora; aquae. Animarum considerari potest facultas cognoscitiua, & in statu naturali, & quomodo emendanda sit; facultas appetitiua, quomodo sit dirigenda & emendanda, tum in societate maiori, tum minoribus, tum in statu naturali siue aequalitatis. Lemma

Omnium obiectorum (§. praeced.) enumeratorum datur philosophia (§. 116.): vnde variae enascuntur philosophiae partes, quas nunc breuibus sumus enumeraturi. Schol.

§. 133. Scientia mundi in genere dicitur ~~Cos-~~ Definitio. ^{mologia generalis, item transcendentalis, item metaphysica.} Cosmologia physica est scientia huius mundi, siue scientia corporum huius mundi totalium.

Definit. §. 134. ^{hujus mundi} Scientia corporum dicitur *Physica*. Interdum *Physicae* vox sumitur pro scientia de corporibus, qua causis efficientes; ubi opponitur *Teleologiae*, quae est scientia corporum qua causas finales, siue scientia de finibus corporum.

Definit. §. 135. *Physica experimentalis* est scientia per ^{artificiales} experientias stabiliendi principia, unde ratio redditur eorum, quae in corporibus sunt. *Physica dogmatica* est scientia eorum, quae per corpora sunt ^{possibilia ex objecti rationibus et experientia} ~~possibilia~~.

Definit. §. 136. Scientia fossilium dicitur *Oryctologia*, speciatim lapidum, *Lithologia*; scientia aquarum *Hydrologia*; vegetabilium, *Phytologia*; speciatim herbarum *Botanologia*; arborum vero *Dendrologia*; scientia meteororum *Meteorologia*; scientia corporis animalis in genere *Physiologia*; item *Oeconomia animalis*, siue *Mechanica animalium*; scientia corporis humani in genere *Anthropologia*; scientia de corpore humano sano *Physiologia* in sensu strictiori; in statu morbi *Pathologia*.

Definit. §. 137. Scientia entium simplicium est *Monadologia*; scientia spirituum vocatur *Pneumatica*; scientia de anima humana *Psychologia*. Scientia stabiliendi per experientiam principia, unde ratio redditur eorum quae in anima fiunt, dicitur *Psychologia empirica*, siue *experimentalis*; scientia vero eorum, quae per animam sunt possibilia, audit *Psychologia rationalis*.

Exper. §. 138. Animae nostrae competit facultas cognoscitiua (§. 25.), & facultas adpetitiua.

Definit. §. 139. Scientia ^{emulans} dirigendi facultatem cognoscitiuam vocatur *Logica*, siue est scientia eorum, quae per facultatem cognoscitiuam sunt possibilia. Scientia dirigendi facultatem adpetitiuam dicitur *Philosophia practica*, siue *moralis*; siue est scientia eorum, quae per facultatem adpetitiuam sunt possibilia. §. 140.

ad consequendam felicitatem

§. 140. Logica varia nomina accepit, sic e. g. Schol. vocatur *Dialectica*, *Canonica*, *critica*, *Philosophia rationalis*, *instrumentalis*, *Ars cogitandi*, *Medicina mentis* &c. Vfus autem logices est insignis 1.) in theologia tam exegetica, dogmatica, polemica, quam morali, 2.) in iurisprudencia ciuili, 3.) in medicina, 4.) in omnibus reliquis philosophiae partibus. v. g. physica, 5) in historia, 6.) in eloquentia &c.

§. 141. Bonum numquam adpetimus, & malum numquam auersamur; nisi vtriusque habuerimus cognitionem. Exper.

§. 142. Quodsi ergo facultas adpetitiua rite dirigenda sit, requiritur, vt suppeditetur cognitio actionum bonarum & malarum; sed nec illa sufficit. Saepius enim quid bonum, quid malum sit, cognoscimus, sed quomodo, & quibus mediis illud acquirere, hoc euitare possimus, nos fugit. Cumque homo vel considerari possit extra societatem, minimum ciuilem, siue extra statum subiectionis; vel in societate ciuili, itemque in societatibus minoribus: de hisce omnibus praecipere debet *Philosophia practica* (§. 139.) Consect.

§. 143. Scientia moralitatis, siue bonitatis & malitatis actionum, siue scientia officiorum vocatur *Ius Naturae*, sensu latissimo. Quodsi ad integras gentes adplicetur *Ius gentium* audit. Definit.

Alii hisce terminis vtuntur in significato angustiori, & intelligunt per *Ius Natur.* scientiam officiorum stricti iuris erga alios, quae solet *Ius naturale externum*, item *cogens* vocari. Schol.

§. 144. Scientia mediorum & motiuorum ad actiones hominum liberas extra rempublicam siue in statu naturali recte instituendas est *Erbica*, quae a nonnullis speciatim *Philosophia Moralis* nomi.

nominatur. Scientia mediorum & motiuorum ad actiones hominum liberas in societatibus minoribus legitime instituendas *Oeconomica* vocatur; in societate vero ciuili, *Politica*, item *Philosophia ciuilis*.

Schol. Per *politicam specialem & specialissimam* nonnulli intelligunt scientiam dirigendi actiones hominum liberas in statu quodam peculiari consideratorum v. g. Philosophi, mercatoris, virginis pulchrae, & deformis.

Definit. §. 145. *Scientia adfectiua* est scientia facultatem adpetitiuam ad actus suos determinandi. *Scientia practica*, est scientia facultatem locomotiuiam & cognoscitiuam determinandi ad actus suos, adpetitui conformiter. Scientia adfectiua practica dirigendi actiones liberas per regulas generalissimas WOLFIO *philosophia practica uniuersalis*, aliis *metaphysica philosophiae moralis* audit, quia scil. generalissima actionum hominis liberarum contemplatur.

Lemma. §. 146. Existit ens infinite perfectum a mundo diuersum, siue DEVS.

Definit. §. 147. Scientia de DEO, siue eorum, quae ~~per Deum~~ ^{in idea de DEO concipi possunt} ~~possibilia sunt~~, ex solis rationis principis, dicitur *Theologia naturalis*.

Definit. §. 148. *Metaphysica* est scientia entis & mundi in genere, atque spirituum, adeoque est complexus Ontologiae, Psychologiae empiricae, Cosmologiae, Psychologiae rationalis, & Theologiae naturalis.

Definit. §. 149. Complexus hypothesium quas philosophi de spiritibus fouent, vocatur *Pneumatica hypothetica*.

Schol. Praeter enumeratas hactenus philosophiae partes, aliae quam plurimae sunt possibiles, adhuc tamen non excoltae e. g. *Ars inueniendi* &c. Nos nunc videbi-

videbimus, quo ordine singulae partes adductae sint addiscendae.

§. 150. Ordo studiorum ita est instituendus, **Postulat.**
vt semper illas disciplinas praemittamus, quae aliis suppeditant principia.

§. 151. *Logica* ostendit legitimum usum facultatis cognoscitivae (§. 139.), quod usum habet in omnibus reliquis disciplinis, adeoque *primo omnium tractari debet* (§. praeced.) **Theor.**

Quae *Logica* scientifice proponenda ex *Ontologia* & *Psychologia* principia petit, rectius in ipsa *Logica* proponuntur, quam quod postponatur *Logica* istis disciplinis. **Schol. I.**

Ontologia generalissima tradit omnis nostrae cognitionis principia, adeoque disciplinis aliis, quibuscunque utilitatem praestat egregiam. In *Psychologia* empirica nihil supponitur, nisi *Logica* & *Ontologia*, ipsa vero in *Cosmologia*, *Psychologia* rationali, *Theologia* naturali, & *Philosophia* practica supponitur. *Cosmologia* transcendentalis prae se requirit *Logicam*, *Ontologiam*, & *Psychologiam* empiricam. Has vero vna cum *Cosmologia* generali supponit *Psychologia* rationalis, & omnes enumeratas philosophiae partes *Theologia* naturalis. **Schol. II.**

§. 152. Hinc metaphysices partes, ita sunt disponendae, *Ontologia* sit prima, hanc sequatur *Psychologia* empirica, subiungatur *Cosmologia* transcendentalis, quam excipere debet *Psychologia* rationalis, & denique agmen claudat *Theologia* naturalis. *Metaphysica Physicae & Philosophiae practicae* reliquisque disciplinis omnibus principia suppeditat; ergo illis est praemittenda & statim post *Logicam* tractanda (§. 150.). **Consect.**

§. 153. *Philosophia* practica vniuersalis continet principia reliquarum philosophiae partium. *Ethica*, *Oeconomica* & *Politica* Ius Naturae supponunt; **Theor.**

ponunt; Ethica Oeconomicae & politicae, Oeconomica Politicae explicandae & demonstrandae inseruit. Vnde Philosophia practica ita est addiscenda, vt a philosophia practica vniuersali ad Ius naturale, ab hoc vero ad Ethicam, Oeconomicam & Politicam progrediamur.

Theor. §. 154. Physica supponit Metaphysicam & Logicam, vnde his statim potest subiungi (§. 150.). Perinde est siue Physicam Philosophiae practicae praemittamus, siue subiungamus, siue vtramque combi emus.

Schol. *Mathesis*, cum primis *pura*, i. e. scientia quanti in genere vtiliter vel statim cum logica combinatur, vel huic immediate subiungitur.

Definit. §. 155. Cogitationes nostrae sunt *clarae*, si per eas obiecta possimus distinguere; sin minus, *obscurae*. Si obiecti cuiusdam clare repraesentati adfectiones sigillatim cogitamus, *cogitatio* vocatur *distincta*; sin minus *confusa*. Facultas distincte cogitandi dicitur *intellectus*; siue *pars superior facultatis cognoscitiuae*.

Exper. §. 156. Si anima nostra certo modo cogitat, non fallitur; si vero modum hunc deserit in errores incidit.

Consect. §. 157. Est itaque certus modus, quem obseruare debet anima respectu facultatis cognoscitiuae, siue certo modo dirigi debent cogitationes, nisi in errorem incidere velimus (§. praec.).

Definit. §. 158. Id secundum quod ^{aliquid} dirigitur vocatur *regula, norma, lex* (generalissime). *quae actio*

si vera est lex moralis dicitur
Consect. §. 159. Sunt ergo regulae in cogitando obseruandae (§. praeced. & 157.), adeoque facultas cognoscitiua habet certas regulas, quae ipsi sunt naturales, & quibus anima se adcommodare debet, si ab erroribus esse immunis velit (§. 157. 158.)

§. 160.

§. 160. Logica est scientia dirigendi facultatem cognoscitivam (§. 139.); illa directio fit per regulas quasdam (§. 159.), ergo *logica praescribere debet regulas facultati cognoscitivae*; & quia est scientia (§. 139.); *easdem demonstrare* (§. 96.).

§. 161. Ergo in logica explicari debent regulae, quae animae respectu facultatis cognoscitivae naturales sunt (§. praeced. & 159.) Confect.

Quae dicta sunt, valent de logica *κατ' ἐξοχήν* sic Schol. dicta, siue artificiali. Praeterea vero vox *Logicae* aliis significatibus adhiberi solet, unde sequentia subiungimus.

§. 162. *Logica naturalis* vocatur facultas hominis utendi facultate cognoscitiva, quam per artem sibi non adquisiuit. *Logica naturalis connata* est nuda dispositio nobis connata ad confuse cognoscendas facultatis cognoscitivae regulas, sed usu nondum confirmata. *Logica naturalis adquisita* est cognitio regularum facultatis cognoscitivae solo usu adquisita. Definit.

§. 163. Si quid solo usu addiscimus, regulas, secundum quas est agendum, cognoscimus tantum confuse. Exper.

§. 164. Qui ergo non nisi logica naturali adquisita instructus est, regulas, quibus facultatis cognoscitivae usus attemperari debet, non nisi confuse cognoscit (§. praeced. & 162.). Confect.

§. 165. In Logica simpliciter sic dicta, quae etiam *artificialis* solet vocari, regulae facultatis cognoscitivae demonstrantur (§. 160.), adeoque proponuntur ipsae, & rationes adducuntur (§. 79. 75.); per consequens *Logica artificialis distinctam exhibet cognitionem regularum facultatis cognoscitivae* (§. 155.). Theor.

§. 166. Regulae, quae in logica artificiali explican- Theor.
plican-

plicantur & demonstrantur, non sunt aliae, quam quae facultati cognoscitiuae sunt naturales (§. praeced. et 159.); eadem sunt regulae quas obseruat logica naturali adquisita instructus (§. 162.), sed qui sola naturali adquisita pollet, eas tantum cognoscit confuse (§. 164.); ergo logica naturalis adquisita & artificialis ratione regularum plane non differunt, sed *logica artificialis est distincta explicatio earundem, quae in naturali occurrunt tantum confuse.*

Exper.

§. 167. Si regulae in agendo sint obseruandae, & easdem non cognoscamus nisi confuse, facillime ab illis aberramus, cum, si distincte regulas cognouerimus, multo facilius euitetur aberratio ab iisdem. Item si vel ipsi aberrauimus, vel alius regulam neglexit, id quidem perspicere possumus, si confusa tantum sit nostra cognitio, sed fundamentum aberrationis non semper indicare, quod ei, qui distincte regulas perspicit; negotium non creat.

Consect.

§. 168. Qui ergo logicam callet artificialem, errandi periculo non ita est expositus, quam is, qui sola naturali adquisita est instructus, & si errauit, facilius potest errorem detegere & emendare, quam hic (§. 167. 166. 164.).

Consect.

§. 169. Logica itaque artificialis praestat soli naturali adquisitae (§. praeced.)

Schol.

Logica naturali connata praeditus esse debet, tum qui naturali adquisita, tum qui artificiali polere vult.

Theor.

§. 170. Logica artificialis dirigere debet facultatem cognoscitiuam (§. 139.), adeoque hoc praestare, vt veritatem cognoscere, diiudicare, inuenire & errores euitare queamus. Haec vero omnia per methodum mathematicam, siue demonstratiuam optime obtinentur (§. 90. seqq.).

Ergo

Ergo logica artificialis genuina methodum mathematicam siue demonstratiuam docere debet.

Idem patet exinde, quia logica artificialis explicare Schol. I.
debet naturalem (§. 166.), ea vero, quae methodo demonstratiua proponuntur, facili negotio a nobis concipiuntur (per exper.), ergo methodus illa est facultati nostrae cognoscitiuae accommodata & conueniens, adeoque methodus haecce est explicanda in logica artificiali. Hinc videbimus in logica artificiali genuina pleraque tandem eo collineare, vt doctrina de demonstratione & qua ratione quis eandem optime addiscere queat, in eadem tradatur. Interim cum non omnia certo cognoscere possimus, sed in cognitione probabilis nobis saepissime sit adquiescendum (per exper.) in logica simul tradatur oportet, quid sit cognitio probabilis, & quomodo adhibenda legitime, vt hac etiam ex parte facultati cognoscitiuae consulatur. Orta hinc est logices diuisio, quam nonnulli addunt in *demonstratiuam* & *Logicam probabilium*, vetustioribus iam philosophis licet sub aliis nominibus *analyticae* nimirum atque *dialecticae*, vsitatum.

Logicae quidem artificialis finis est, emendare facultatem cognoscitiuam (§. 139.); sed quomodo pars Schol. II.
eius inferior, v. g. sensus & imaginatio, sit dirigenda, nondum adhuc satis est excultum, vnde potissimum in parte superiori facultatis cognoscitiuae siue intellectu emendando occupatur.

§. 171. Patet ergo logicam easdem praestare Coroll.
vtilitates ac methodus mathematica (§. praeced. & 88. seqq.).

§. 172. Logica artificialis doctrinam de Theor.
demonstratione explicet necesse est (§. 170.), quae cum sit deductio propositionis ex principiis indubitatis (§. 79.): semper fit per ratiocinium vnum vel plura. Ratiocinia ex iudiciis, iudicia vero
ex

ex ideis constant (§. 63.); praeterea demonstratio requirit principia indubitata, qualia sunt v. g. definitiones, experientiae &c. Ergo in logica artificiali haec omnia aliaque cum iis connexa sunt exponenda.

Exper. §. 173. Tres praecipue in anima nostra sunt cogitationum species, idea nimirum, iudicium & ratiocinium.

Schol. Ideam seu primam mentis operationem veteres simplicem adprehensionem solent vocare; WOLFIVS vero illa distinguit, ut simplex adprehensio sit attentio ad rem, quam cogitamus, siue ad idearum, adeoque simplex adprehensio ideam supponat.

Definit. §. 174. Vocantur illae cogitationum species mentis vel potius animae quoad facultatem cognoscitivam operationes.

Conf. I. §. 175. Tres ergo dantur intellectus operationes (§. 174. 173.).

Schol. Addunt nonnulli quartam, dianoeam scilicet polysyllogisticam, quae tamen rectius ad tertiam refertur.

Conf. II. §. 176. Logica adeo artificialis de tribus mentis operationibus agat necesse est (§. 174. 172.).

Theor. §. 177. Ratiocinatio polysyllogistica ex ratiociniis, ratiocinia ex iudiciis, haec ex ideis constant; adeoque doctrinae posteriores in iis; quae priori loco sunt nominatae, supponuntur. Ergo logica artificialis ob oculos ponere debet doctrinas 1.) de ideis, 2.) de iudiciis, 3.) de ratiociniis & dianoea polysyllogistica, denique 4.) de demonstratione (§. 170. 172. & 150.).

Exper. §. 178. Si quis vel maxime regulas in negotio quodam observandas exacte cognoscat, adplicationem vero earundem in casibus obuiis non sit edoctus: non multum ad modum profecit.

Confest. §. 179. Ergo non tantum regulae facultatis cognos-

nonfra
unt v.g.
na ar
na sunt
ra iust
udicium

eres fa
oc p r v s
p m a e
leum,
p con
specis
m a

ratio

cet po
certiam

s men
na),
ratio
con
quae
Ergo
p r a t
is 3
i f r a

ratio
dica
in sic

ratis
no

ae 517

2^o Primum iudicium (quod) brevis per iudicium in lucisiva in summi; deum quam vult tres intentis
operationes statim en. de f i p d. a b f p u l i n g d. n u o b a n g n o b n n i k e n u a c c u r a t e r.

cognoscitiuae in logica artificiali sunt proponendae & demonstrandae, sed earum simul adplicatio in casibus obuiis ostendenda (§. 178. & 139.).

§. 180. Cognitio vniuersalis de obiecto quodam vocatur *theoria*; adplicatio cognitionis vniuersalis in casibus obuiis *praxis* audit. Definit.

§. 181. Logica itaque artificialis contineat theoriam regularum facultatis cognoscitiuae, 2.) earum praxin quantum fieri potest (§. 180. 179.). Confect.

Praxin tamen adcuratius aliquis addisecet, si exercitium crebrius addat, quam per doctrinam solam. Schol.

§. 182. Ex lectione librorum insignes non raro possumus percipere fructus, nostramque exinde cognitionem augere egregie. Exper.

§. 183. Logica ergo docere debet modum libros eligendi, legendi, & interpretandi (§. praeced. & 139.). Confect.

§. 184. Logica doceat oportet modum facultatem cognoscitiuam emendandi (§. 139.); iam vero emendari etiam potest facultas cognoscitiua aliorum, ignorantes scilicet docendo, non conuictos conuincendo, errantes refutando, obiiicientium dubia remouendo & disputando; ergo in *logica artificiali praeccepta tradi debent, quomodo sit docendum, tum ore tum scriptis; quomodo alii conuincendi, aliorum errores refutandi, dubia remouenda & disputandum sit.* Theor.

§. 185. Absque terminis & cognitione symbolica ea fieri a nobis non possunt, de quibus adhuc dictum, quod in Logica artificiali debeant praestari. Exper.

§. 186. De terminis itaque & cognitione symbolica in logica artificiali nonnulla sunt tradenda (§. praeced. & 139.). Confect.

§. 187. Solet quoque logica in docentem diuidi. Definit.

Engler
Gottsch
in d. d. d.
d. d. d.
J. d. d.
u. f. d.

di et vtentem. *Docens* sola cognitione regularum facultatis cognoscitiuae absoluitur. *Vtens* est habitus regulas illas in casibus obuiis adplicandi.

Theor. §. 188. Si regulae ad praxin sint deducendae, eas cognoscamus oportet (per exper.); *Logica*, ergo *vtens praesupponit docentem* (§. praeced.) Cum quoque regulae non aliter queant adplicari quam cognoscuntur; sequitur, vt *si logica docens sit genuina, vel minus genuina, de vteute idem sit adfirmandum.*

Schol. Ex dictis adparet, Logicam & naturalem & artificialem in docentem et vtentem posse diuidi.

LOGICAE.

CAPVT I.

DE

IDEIS

§. I.

Definit.

De Differentiis
arum. §. 1-82
et quidem

altera formalis

*i. e. quae a motu
cogitandi dicitur.*
(seritur. §. 1-78)

PRaedicata entis immutabilia, quae neque per se inuicem, neque per alia determinantur, dicuntur *essentialia* illius; quae omnia simul sumta *essentia*, siue *essentialia reciproca & propria* vocantur, (quoniam scil. soli enti, cuius sunt essentialia, competunt). Essentialia non omnia, i. e. vnum vel aliquot tantum, *essentiale non reciprocum*, siue *essentialia non reciproca*, item *communia* siue *communia* audiunt, (quoniam scil. huic enti cum aliis sunt communia). Praedicata entis, quae in solis essentialibus rationem habent sufficientem, sunt *attributa*; quae vel in vno, vel aliquibus tantum essentialibus rationem habent sufficientem, & dicuntur *attributa communia*, siue *non reciproca*; vel non nisi in omnibus essentialibus

bus simul sumtis, & attributa *propria* siue *reciproca* adpellantur.

Essentiam alii recte definiunt, quod fit primus entis conceptus, qualis est modus possibilitatis eius. Schol. I.

Illustratur exemplo *hominis, emtionis, venditionis, testamenti.* Schol. II.

§. 2. Attributa ergo sunt iidem praedicata immutabilia entis, vti essentialia (§. praeced.), & attributa non reciproca illi enti, cuius sunt attributa, cum aliis sunt communia (§. cit.). Confess.

§. 3. Praedicata entis mutabilia, siue quae in solis essentialibus entis rationem sufficientem non habent, dicuntur *modi*, siue *accidentia* & quidem *praedicabilia*, ad differentiam *accidentium praedicamentalium*. Definit.

Adducantur exempla, de *homine, emancipatione, imperio* &c. Schol. I.

Attributa propria vocantur ab Aristotelicis *propria quarti modi*, quae ab iis definebantur, quod sunt Schol. II.

praedicata, quae soli alicui speciei, omnibusque eius indiuiduis semper conueniunt; e. g. potentia ridendi in homine. Distinguebant veteres illa a *propriis primi, secundi & tertii modi*, quorum *ista* adpellabant praedicata, quae conueniunt vni & soli speciei, non vero omnibus eius indiuiduis; e. g. antistitem generalem esse respectu hominis; *illa*, quae omnibus indiuiduis alicuius speciei competunt ordinarie, sed non soli speciei; e. g. implumem, bipedem esse in homine; *haec* denique, quae competunt soli cuidam speciei, & ordinarie indiuiduis eius omnibus, sed non semper; e. g. videre in homine.

§. 4. Quod modus aliquis enti cuidam non repugnat, dicitur *possibilitas modi*. Definit.

§. 5. Quod modus enti cuidam non repugnet, Theor. ex
Cornini Logica. C

ex sola eius essentia potest cognosci. Possibilitates ergo modorum in sola entis essentia rationem habent sufficientem (§. praec. & P. §. 18.), per consequens *possibilitates modorum sunt attributa entis* (§. 1.).

Theor. §. 6. Praedicata entis omnia vel mutabilia sunt, vel immutabilia; haec rursus vel per alia determinantur, vel minus (per oppos. contrad.). Ergo *praedicata entis quaecumque sunt vel essentialia, vel attributa vel modi* (§. 1. 3.).

Theor. §. 7. Idea de aliquo ente est representatio eius (P. §. 15. 13. & 4.), per consequens expressio variorum siue praedicatorum entis (P. §. 2), adeoque *idea omnis vel exhibet essentialia vel attributa vel modos obiecti representati* (§. praeced.), & quidem *vel praedicata ex una tantum classe, vel ex pluribus simul*.

Consect. §. 8. Si ergo ideam obiecti formare voluerimus, praedicata illius detegere debemus (§. praeced.) siue sint essentialia, siue attributa, siue modi.

Theor. §. 9. Essentialia, & attributa sunt praedicata entis immutabilia (§. 1. & 2.); quod si ergo idea alicuius obiecti exhibet vel essentialia entis, vel attributa, illa est constans, & obiecto semper competit.

Probl. §. 10. Essentialia atque attributa enti constanter insunt (§. 1. & 2.), nec alia dantur praedicata entis immutabilia (§. 6.). *Si itaque ideam, quae obiecto competat perpetuo formare volueris, praedicata immutabilia, adeoque vel essentialia vel attributa in ideam sunt adsumenda.*

Theor. §. 11. Modi sunt praedicata entis mutabilia (§. 3.), ergo idea, quae non exhibet nisi modos, non erit certo constans, sed mutabilis.

Probl. §. 12. Modi sunt praedicata entis inconstantia (§. 3.)

ffili
ratio
(18.)
atque
la fons
deter
Ergo
italia
entzo
prelio
adeo
tribe
cedi
claf.
oluen
prae
fue
licau
o idea
s, vel
impet
cane
ca en
quae
cadi
al al
bilia
odos
antia
(3.)

...modos naturae sic ut in accidentia praecellencia sunt utitur, quod videtur
...modos naturae sic ut in accidentia praecellencia sunt utitur, quod videtur
...modos naturae sic ut in accidentia praecellencia sunt utitur, quod videtur

Schol. II. In rebus... animal rationale...
...modos naturae sic ut in accidentia praecellencia sunt utitur, quod videtur
...modos naturae sic ut in accidentia praecellencia sunt utitur, quod videtur
...modos naturae sic ut in accidentia praecellencia sunt utitur, quod videtur

...modos naturae sic ut in accidentia praecellencia sunt utitur, quod videtur
...modos naturae sic ut in accidentia praecellencia sunt utitur, quod videtur
...modos naturae sic ut in accidentia praecellencia sunt utitur, quod videtur

...modos naturae sic ut in accidentia praecellencia sunt utitur, quod videtur
...modos naturae sic ut in accidentia praecellencia sunt utitur, quod videtur
...modos naturae sic ut in accidentia praecellencia sunt utitur, quod videtur

v.g. in absolute möglichkeit, das ist...
...modos naturae sic ut in accidentia praecellencia sunt utitur, quod videtur
...modos naturae sic ut in accidentia praecellencia sunt utitur, quod videtur
...modos naturae sic ut in accidentia praecellencia sunt utitur, quod videtur

Dea constantis est...
...modos naturae sic ut in accidentia praecellencia sunt utitur, quod videtur
...modos naturae sic ut in accidentia praecellencia sunt utitur, quod videtur
...modos naturae sic ut in accidentia praecellencia sunt utitur, quod videtur

(§. 3.), neque dantur praeterea praedicata mutabilia (§. 6.). *Si cui ergo libuerit ideam obiecti temporariam tantum formare, ille modos entis in eandem adsumere debet.*

§. 13. Essentialia & attributa obiecto competunt constanter (§. 1. & 2.), ergo cuicumque vel vnicum essentialé, vel attributum alicuius entis non competit, illud hoc ens non est, adeoque *cui idea perpetua obiecti cuiusdam, vel integra, vel qua partem est deneganda, illud non est tale ens.* Theor.

§. 14. Essentialia omnia simul sumpta & attributum proprium quodlibet nulli enti competunt, nisi ei, cuius sunt essentialia, vel attributa (§. 1.); ergo *idea, quae exhibet essentialia reciproca, vel attributum aliquod proprium soli isti obiecto competit, & sufficit ad illud ens ab omnibus aliis distinguendum.* Theor.

§. 15. *Si ergo formare velimus ideam alicuius obiecti, quae sufficere debet ad illud ab omnibus aliis, & quidem semper distinguendum, vel essentialia reciproca, vel attributum aliquod proprium adsumere debemus (§. praeced. & 10.)* Probl.

§. 16. Opus itaque non est, vt in eiusmodi ideam accipiantur attributa propria plura, cum vnicum eorum scopo iam satisfaciat (§. praec. & §. 14.). Consect.

§. 17. Essentialia & attributa non reciproca enti cum aliis sunt communia (§. 1. & 2.); ergo *idea, quae per essentialia vel attributa tantum communia formata est, obiecto isti non competit soli, consequenter illud per eandem non semper poterit agnosci, nec ab omnibus aliis distingui.* Theor.

§. 18. Si ideam de obiecto quodam habemus, illa vel sufficit, ad obiectum agnoscendum & ab aliis distinguendum, vel minus. Exper.

§. 19. *Idea, quae sufficit ad obiectum ab aliis distinguendum.* Definit.

quantum satis est

distinguendum, vocatur *idea clara*. *Idea obscura* opposita ratione est definienda.

Schol. Quomodo differat idea obscura a perceptione nuda siue obscura patet ex §. praeced. & P. §. 13.

Consect. §. 20. *Ideae itaque sunt vel clarae vel obscurae* (§. 19. & 18.).

Definit. §. 21. *Claritas idearum vocatur lumen mentis, uti obscuritas earundem, tenebrae mentis.*

Quantum satis est

Probl. §. 22. *Qui nosse cupit, siue idea alterius de aliqua re clara, an obscura, attendat, utrum alter obiectum sibi oblatum agnoscere possit, & ab aliis distinguere, an minus. Si prius, idea ipsius est clara; si posterius, obscura tantum* (§. 19.)

Consect. §. 23. *Idem faciendum, si inquirere velis, utrum alteri respectu obiecti cuiusdam lumen animae competat, an vero tenebrae* (§. 21.).

Definit. §. 24. *Terminus clarus est, qui ideam claram; obscurus, qui ideam obscuram tantum significat.*

Theor. §. 25. *Si quis terminum quendam adhibet, ubi adhibendus non erat, & agit serio, ille aut terminum istum alio significato sumit, aut idea, quam cum termino connectit, est quidem idea obiecti, quod terminus alias denotat, sed non sufficit ad obiectum agnoscendum & ab aliis distinguendum, adeoque est obscura tantum* (§. 19.). *Quamdiu ergo, cur prius praesumere velimus, ratio non adest, terminum istum alteri esse obscurum recte statuimus* (§. praeced.).

Consect. §. 26. *Quid itaque suscipiendum sit, si explorare velimus, utrum terminus quidam alteri sit clarus, an obscurus tantum, hinc intelligitur* (§. praeced.).

Theor. §. 27. *Omnis idea obscura est idea* (§. 19.) *adeoque perceptio obiecti cum adperceptione* (P. §. 15. & 13.) *per consequens repraesentatio ob-*

obiecti cum conscientia coniuncta (P. §. 4. & 8.); ergo idea obscura quaelibet sufficiat tamen necesse est ad obiectum a quibusdam aliis distinguendum (P. §. 8. 5. & 2.). *Idea itaque obscura omnis aliqua falsim ex parte est clara* (§. 19.). *Idea*

Obscura vocatur eatenus, quatenus non sufficit ad Schol. ideatum ab his vel illis obiectis distinguendum.

§. 28. Idea, quae toti exhibet praedicata en- Theor.
tis, vt sufficiat ad illud ab aliis distinguendum, est clara (§. 19.), per consequens, quaecunque idea non est clara, sed obscura tantum, non exhibet praedicata sufficientia ad ideatum ab aliis obiectis distinguendum (§. cit.), siue illi, cuius idea de obiecto quodam est tantum obscura, deficiunt praedicata quaedam ad obiectum agnosendum & ab aliis distinguendum necessaria. *Sufficienter.*

§. 29. Cum fieri possit, vt vni plura deficiant Theor.
praedicata, quam alteri, donec idea obiecta sit clara (per exper.): vnus idea propius ad claritatem accedere, alterius vero longius ab eadem abesse potest, per consequens, vnus idea magis esse obscura, quam alterius (§. praeced.); adeoque in obscuritate idearum dantur gradus, consequenter etiam in tenebris montis (§. 21.).

Possunt quoque dicta adplicari ad idem subiectum Schol.
diuersis temporibus spectatum.

§. 30. Cui nulla prorsus de obiecto quodam Theor.
praesto est cognitio, ei nulla quoque de eodem competit cogitatio (P. §. 15.) adeoque nec idea clara, nec obscura (§. 19.). *quin potius nulla idea*

§. 31. Defectus cognitionis dicitur ignorantia. Definit.

Ostendatur hic discrimen ignorantiae & erroris. Schol.

§. 32. Quicumque ergo plenaria alicuius obie- Consect.
cti ignorantia laborat, ille ne quidem idea obscura eiusdem gaudet. (§. 35. & 30.).

Theor.

Quantum satis est

§. 33. Idea obscura non sufficit ad obiectum ab aliis distinguendum (§. 19.), adeoque non repraesentata obiectum tamquam diuersum ab aliis, a quibus tamen diuersum est (P. §. 5.), consequenter facili negotio fieri potest; ut, si cuius idea de obiecto quodam est tantum obscura, falsas de obiecto cogitationes nanciscatur (P. §. 99.), adeoque incidat in errores, (P. §. 100.) siue *ideae obscurae erroribus facile praebent occasionem.*

Theor.

§. 34. Vbicunque error committitur, ibi res aliter repraesentatur, quam est (P. §. 100. & 99.), consequenter confunduntur, quae confundenda non erant, adeoque errantis idea de obiecto non sufficit ad illud ab aliis distinguendum (P. §. 5.), ergo *error quicumque oritur ex idea quadam obscura (§. 19.).*

Schol.

Videmus hinc, recte nonnullos ideas obscuras appellare *fomes errorum.*

Exper.

§. 35. Non raro hic ideam habet claram de obiecto quodam, eum alterius de eodem idea non fit nisi obscura, & terminus vni est clarus, qui alteri tantum obscurus & v. v.

Schol.

Ex. g. *de causa, pecunio castrensi, de Werigeko, bona & malo &c.*

Consect.

§. 36. Concludere ergo non licet: huic vel illi est tantum idea obscura, siue terminus obscurus, ergo etiam aliis, vel omnino omnibus (§. 35.).

Schol.

Si voci euidam nulla prorsus idea clara respondet, dicitur habere *obscuritatem absolutam*; si vero terminus huic tantum vel illi est obscurus, ei competit *obscuritas relativa*. Vnde ab obscuritate relativa ad absolutam non valet consequentia.

Exper.

§. 37. Vbi idea nostra obiecti cuiusdam est clara, praedicata illius, ex quibus idem agnoscimus,

mus, & ab aliis discernimus, vel nobis speciatim siue sigillatim repraesentamus, vel minus.

§. 38. *Idea distincta* est idea clara, in qua praedicata, ex quibus rem agnoscimus, sigillatim nobis repraesentamus. *Idea confusa* est idea clara, in qua praedicata rei, ex quibus eam agnoscimus, sigillatim nobis non repraesentamus.

Ideas distinctas nonnulli vocant *compositas*, confusas autem *simplices*; & quidem *formaliter tales*, in oppositione ad *materialiter tales*. Schol.

§. 39. Idea itaque clara vel distincta est vel confusa (§. 38.), adeoque idea clara et confusa non prorsus coincidunt. Conf. I.

Notandum hoc est contra quosdam, qui ideam claram & confusam prorsus non differre sibi persuadent. Et minus quidem recte. Idea eius clara latius patet quam confusa, siquidem distincta etiam est clara. Idea clara est genus, idea vero distincta & confusa sunt species. Schol.

§. 40. In idea ergo distincta varia rursus in ente possumus distinguere, in confusa vero non item (§. 38. & P. §. 5.). Conf. II.

§. 41. In idea distincta praedicata entis etiam a se inuicem distinguimus (§. 38.), adeoque si idea nostra de obiecto quodam est distincta, habemus ideas claras de praedicatis in ente obuiis (§. 19.). In confusa idea praedicata entis a se inuicem non discernimus (§. 37.), per consequens, si idea nostra de obiecto quodam est confusataantum, praedicatorum diversorum in ente obuiorum non habemus nisi ideas obscuras (§. 19.). Theor.

§. 42. In idea itaque distincta maior est claritas, quam in confusa (§. praeced.), per consequens, si ideae sint distinctae, maius est lumen animae, quam si modo sint confusae. Consect.

§. 43. Species ideae distinctae est notio distincta. Desinit.

Idea, quae est idea vniuersalis distincta, i. e. talis idea, in qua praedicata, quibus ens aliquod vniuersale agnoscitur, & ab aliis discernitur, sigillatim nobis repraesentamus. Contra idea vniuersalis confusa vocatur *notio confusa*.

Schol.

Si notio est confusa, sufficit quidem ad ens illud, si ubi sit obuium, agnoscendum, sed praedicata, quorum ope illud agnoscimus & ab aliis discernimus, nobis non sigillatim repraesentamus. Declarentur haec exemplo *monetae, emtionis, venditionis &c.*

Lemma

Schol.

§. 44. *quaecunque existunt sunt indiuidua.*

In metaphysicis haec propositio demonstratur; hoc loco eandem ceu experientiae conformem adsumimus.

Theor.

§. 45. Quaecunque sentimus, ea nobis sunt praesentia (P. §. 28.), adeoque nos adficiunt (P. §. 26.), per consequens existunt (per princip. metaphys.), atque adeo sunt indiuidua (§. pr.), & hinc omnimode determinata (P. §. 52.). Ens vniuersale autem omnimode determinatum non est (§. cit.), adeoque non nisi quasdam determinationes ex iis, quas sensus nobis simul repraesentat, complectitur. Ergo solo sensu duce praedicata, ex quibus ens vniuersale cognoscimus, & ab aliis discernimus, nobis sigillatim non repraesentamus, per consequens *ope solius sensus notionem distinctam non adquirimus* (§. 43.), licet notionem confusam ope illius possimus adipisci, i. e. eo peruenire, ut ens vniuersale agnoscamus, si nobis occurrat, licet praedicata, ex quibus illud agnoscimus, non distinguamus, utpote sub aliis praedicatis quam plurimis, quae a sensibus simul repraesentantur, sepulta.

Schol.

Ideam distinctam indiuidui, quo minus ope solius sensus adquiramus, nihil obstat.

Theor.

§. 46. Qui ideam obiecti cuiusdam habet distinctam, is praedicata illius variâ a se inuicem distin-

e. tali
d vni
igilla
nuer

ud, fe
ra, quo
nimos
arentu
nis G.
14.
traur;
ormen

s sunt
ficiunt
ncip.
pr.)
. Ent
non
deter-
prae-
prae-
mus
n re-
infai
l, li-
adi-
gno-
ex
ve
ae

lio
di-
em
in-

ad § 44.

Quod unum est omnimodè determinatum h. e. ex omnibus prædictis contra-

dictoria oppositis unum habet, alterum non, est individuum.

Figurè: quidquid exiit est omnimodè determinatum.

Ergo: quidquid exiit est individuum.

ad Schol. § 45.

Quod unum est omnimodè determinatum in se, si incurrat in contradictione, non potest esse individuum.

disting
Si quis i
rata sua
dum ca
aliud,
figare,
linguae
gnaro,
gnorum

Interi
alici
posi
cum
uor,
rar.
scrip
poin
oam
expr

§. 47.
tantum
disting
termin
ter ide
est cum

§. 4.
bemus
§. 28. X
si idea
adeoq
nicari
mus,
etum
iectur
§.
obiec

distinguit, siue sigillatim sibi repraesentat (§. 38.) Si quis itaque linguam quandam siue alium cogitata sua per signa cum aliis communicandi modum callet, nouit simul terminum, vel signum aliud, quo praedicatum quodcunque debet insignire, per consequens *eam cum alio eiusdem linguae siue modi cogitationes communicandi gnaro, ope solum terminorum, vel aliorum signorum potest communicare.* nisi aut timore aut alicuius aegritudine impediatur

Interim varia possunt accedere, quae efficiunt, ut Schol.

alicui difficile sit, vel omnino hypothetice impossibile, ideam suam, satis alioquin distinctam, cum aliis communicare. Recte CICERO, pauor, inquit, *omnem sapientiam ex animo expectarat.* Quod si tamen cretenus id facere nequeat, scriptis, vel alio modo illud praestare, in eius positum erit viribus. Hinc patet, quid sentendum de eruditis, uti vocantur, qui animi sensa exprimere nesciunt.

§. 47. Si idea alicuius de obiecto quodam est Theor. tantum confusa, nulla praedicata a se inuicem distinguit (§. 38.), adeoque nihil potest in ea terminis, vel aliis signis indigitare, consequenter *idea confusa solum terminorum ope non potest cum aliquo communicari.*

§. 48. Si sensationem de obiecto quodam habemus, adquirimus cogitationem de eodem (P. §. 28.), adeoque ideam illius (P. §. 15.). Ergo si *idea nostra de ente quodam sit tantum confusa,* adeoque per solos terminos cum altero communicari nequeat (§. praeced.), *efficere tamen velimus, ut alter de eadem re ideam accipiat: obiectum istud sensui ipsius est obiiiciendum, vel obiectum ipsum ei est exhibendum.* nisi enim huius quidem naturae copia comparanda non cum aliis, sed idea in altero est fusuranda.

§. 49. Vbi ideam habemus distinctam alicuius Exper. obiecti, vel tot praedicata in obiecto distingui-

mus, quorum ope illud semper & ab omnibus aliis possumus discernere, vel minus.

Definit. §. 50. *Idea completa* est idea distincta, quae praedicata exhibet ad rem semper ab omnibus aliis distinguendam sufficientia. *Idea incompleta* est idea distincta, quae praedicata exhibet ad rem semper ab omnibus aliis distinguendam insufficientia.

Schol. Illustretur exemplo ideae de *satyrico, mendacio* &c.

Consect. §. 51. Idea itaque distincta est vel completa vel incompleta.

Theor. §. 52. *Idea distincta, quae exhibet essentialia reciproca, vel attributum aliquod proprium* sufficit ad obiectum ab omnibus aliis distinguendum (§. 14.), & quidem semper (§. 9.); adeoque est *idea completa* (§. 50.). *Idea vero, quae non exhibet, nisi modus, non sufficit ad obiectum semper agnoscendum (§. 11.), & idea quae per essentialia vel attributa tantum communiã formata est, itidem praedicata exhibet insufficientia ad rem semper ab omnibus aliis discernendam (§. 17.), adeoque his casibus idea est incompleta tantum (§. 50.).*

Probl. §. 53. Nulla dantur praedicata entis, quorum ope ab omnibus aliis semper distingui queat, nisi essentialia simul sumta, & attributum proprium quodcumque (§. 15. 14.), ergo *si idea obiecti completa sit formanda, vel essentialia simul sumta, vel attributum aliquod proprium in eam recipere debemus (§. 50.).*

Schol. Si attributa communiã tot sumantur, ut ex omnibus essentialibus fluant, per illa aequè ac per essentialia omnia simul sumta obiectum semper ab omnibus aliis distingui potest, adeoque per illa formari idea completa. Sed quoniam tunc spectantur vel tanquam essentialia, vel tanquam attributum, aliquod

Aut non nānū id eam completam latinus id eam perfectam planam, alio utam id eam
 incompletam factam in manam, imperfectam

Compositum in Scholis inogru alio nō lā vā turrim:

Mendacium est falsiloquium obligationi contrarium.

Falsiloquium est sermo a mente alienus.

Satyrus est, qui vitia culpando facit ridicula.

Satyra est scriptum, quod vitia facit ridicula, ut emendantur homines.

Livellus famosus est scriptum, quod homines facit ridiculos, simulata invidia.

ad. 56.
• Quia ab uno dicitur contra alio definitur unum in seipsum. Quod est in seipsum
• predicata se invicem determinantia. o. g. essentialis in. In seipsum attributa, possum
• non subligari seipsum.

aliquod proprium: peculiarem de iis mentionem non fecimus. Possibilitates modorum sunt attributa (§. 5.); adeoque de iis idem valet, in formatione idearum, quod de attributis.

§. 54. *Idea determinata* est idea distincta, quae Definit. nec plura nec pauciora praedicata continet, quam sufficiunt rei ab omnibus aliis semper discernendae. *Idea indeterminata* opposita ratione est declaranda.

§. 55. Idea itaque determinata est completa; Confess. incompleta vero est indeterminata (§. praeced. & 50.)

§. 56. Idea distincta plura exhibens praedicata, quam requiruntur ad rem agnoscendam, vocatur *idea abundans*. Definit.

E. g. quando dico, *spiritus* est ens intellectu & voluntate praeditum; *scientia* est promittitudo demonstrandi adserta sua ex evidentibus principiis per syllogismos legitimos, *idea spiritus & scientiae* est abundans. Schol.

§. 57. Idea ergo abundans^{non} est determinata Confess. (§. praeced. & 54.)

§. 58. Omnia essentialia simul sumta, item attributum proprium vnicum iam sufficiunt ad obiectum semper ab omnibus aliis distinguendum (§. 14. 15. 16.). Quodsi ergo in *idea quadam praeter essentialia omnia simul sumta, vel praeter attributum proprium vnicum aliud praedicatum obiecti ponatur, idea est quidem completa* (§. 50.), sed abundans (§. 56.). Theor.

§. 59. Si praedicatum entis vnum intulit alterum, posito vno alterum simul ponitur; (P. §. 61.). Quodsi ergo in *idea entis vnum eorum positum est, iam ponitur alterum; per consequens non opus est, vt alterum in idea ista addatur. Ergo idea quae continet praedicata idem, quo-* Theor.

quorum unum alterum inuoluit, plura continet praedicata, quam opus est ad rem agnoscendam, atque adeo est *idea abundans* (§. 56.).

Schol. Sic v. g. est *idea abundans de Deo*, quando dicitur, quod sit ens infinitum, omnipotens, summe benignum, creator vniuersi, & conseruator eiusdem; item *iurisprudentiae idea* est abundans, si quis dicat, esse illam habitum practicum leges recte interpretandi, adplicandique rite quibusuis casibus obuientibus.

Probl. §. 60. Si cui *ideam alicuius rei determinatam formare volupe fuerit*, adsumat vel omnia essentialia, vel attributum aliquod proprium, nihilque praeterea addat (§. 58.), & cum primis eo respiciat, ne praedicata obiecti se inuicem determinantia ideam ingrediantur (§. 59.).

Definit. §. 61. *Idea* dicitur cum obiecto reciproca, siue aequae late patens, si omni enti, quod est tale obiectum, competit, & vice versa omne ens, cui competit, est tale obiectum.

Schol. E. g. *idea spiritus*, quod sit ens intelligens, item *idea matrimonii*, quod sit societas de educanda & propaganda sobole, est reciproca cum spiritu & matrimonio. Omnis enim spiritus est ens intelligens, & quodcunque est ens intelligens est spiritus; item omne matrimonium est societas de propaganda & educanda sobole, & vice versa, quidquid est societas de educanda & propaganda sobole, illud est matrimonium. Ceterum Aristotelici vocant ideas reciprocas *conceptus formales adequatos*, non reciprocas vero *inadequatos*.

Theor. §. 62. *Idea completa*, per consequens etiam determinata (§. 55.), sufficit ad obiectum semper ab omnibus aliis distinguendum (§. 50. & 54). adeoque nulli obiecto competit, nisi quod est tale ens, & quodcunque est tale ens, illi eadem com-

lura contin
agnoscenda

quando dicir
s, summe ben
uator eiusdes
dans. si quis
n leges recte
nibus suis culte

determinata
omnia essentia
m, nihilque
imis eo resp
cem determ

ipoca, fin
uod est in
mne ens, et

elligens, ite
educanda o
m spiritu d
est ens intell
gens est spir
cietas de pro
vera, quae
paganda h
um Aristote
Formales ade
quatos.

uens etiam
ctum sem
50. & 54
quod et
illi eadem
con

Ad S. O.
Idearum reciproca unquam completa, hinc alibi. Invenit iniqua hinc hinc, fin autem in as, ppa

Ad Schol.
D. Aristotelis nati hinc dicit, id est, in ideam finem conceptus formales et. ut in dicit
ta, abno obiecta Deorum unum, fin, hinc, in conceptus obiectivos.

comperat necesse est; consequenter *idea completa adeoque etiam idea determinata est cum obiecto suo reciproca* (§. 61.).

§. 63. Quodsi ergo idea aliqua cum obiecto quodam reciproca non est: non est idea completa eiusdem obiecti, adeoque nec determinata (§. praeced.).

V. g. Idea *hominis* Platonica, quod sit animal bipes implume, non est reciproca, adeoque nec completa.

Idem dicendum de idea *legis*, quod sit norma actionum liberarum obligatoria; *miraculy* quod sit *phaenomenon* naturae insolitum &c.

Criterion ergo *ideae completae est, reciprocabilitas* Schol. II.

& simulac aliquam ideam pro completa vendimus, alter ius nanciscitur eandem recipiendam. Si ideam incompletam recipiamus, errandi periculo nos committimus; quodsi vero ideas incompletas non recipiamus, conclusiones varias ex iisdem deducere tuto possumus. Interim notandum, licet reciprocabilitas *ideae cum obiecto suo* necessario requiratur ad ideam determinatam, illam tamen solam *ideae determinatae* criterium tutum non esse: potest enim idea quoque abundans cum obiecto suo esse reciproca.

Vnde praeter reciprocabilitatem dispiciendum erit, annon praedicata se inuicem determinantia, seu inuoluentia, vel alio modo superflua in eadem contineantur.

Doctrina de ideis completis et determinatis eo magis est notanda, quia definitiones sunt tales Schol. III.

ideae, de quibus proinde cuncta valent, quae de illis sunt tradita.

§. 64. Si ideam alicuius obiecti habemus distinctam, de praedicatis in eadem occurrentibus ideas habemus claras (§. 41.).

Idea clara est vel distincta vel confusa (§. 39.), consequenter, si *idea nostra de obiecto quodam est distincta*, de

drae-

praedicatis in eadem obuiis ideas habemus vel distinctas, vel confusas.

Schol. Illustratur exemplis de mendacio, persona &c.

Definit. §. 65. *Idea adaequata est idea distincta, quae praedicatorum eam ingredientium distinctas quoque exhibet ideas. Idea inadaequata vero est idea distincta, quae praedicatorum eam ingredientium ideas tantum exhibet confusas.*

Confect. §. 66. *Idea itaque distincta est vel adaequata, vel inadaequata (§. 64. 63.).*

Theor. §. 67. *Cum idea distincta diuidatur in adaequatam, & inadaequatam (§. 65.), idea vero distincta vel completa fit, vel incompleta (§. 51.); patet & ideam completam, & incompletam esse posse vel adaequatam, vel inadaequatam.*

Definit. §. 68. *Primus gradus ideae adaequatae locum habet, si quis praedicatorum in idea distincta occurrentium ideas denuo distinctas habet. Secundus gradus ideae adaequatae illi competit, qui de praedicatis, in idem distinctis praedicatorum in idea distincta alicuius obiecti obuiorum, rursus habet ideas distinctas &c.*

Definit. §. 69. *Analysis siue resolutio ideae est actus, quo praedicata in idea quadam obuia eruiuntur seu a se inuicem distinguuntur.*

Schol. Haec analysis idearum est *anatomia Logica*. Declaretur exemplo *facis, roris, pupilli* &c.

Conf. I. §. 69. *Si ergo ex idea confusa fiat distincta, ex inadaequata adaequata, ex adaequata primi gradus, adaequata secundi gradus &c. analysis siue resolutio ideae habet locum (§. 67. 38. 68.).*

Conf. II. §. 70. *Analysis siue resolutionis idearum gradus dari varios ex §. 69. & 68. patet.*

Exper. §. 71. *Nostri cognitio ultimato resoluitur in eius-*

eiusmodi notans, de quibus non nisi ideas habemus confusas.

E. g. *esse, id, conatus* &c.

Schol.

§. 73. Consequenter in analysi idearum non possumus progredi in infinitum (§. praeced.), adeoque nec in adaequatione idearum (§. 69.), sed nobis semper in praedicatis siue notis quibusdam irresolubilibus erit subsistendum.

Plerumque notionis analysin & adaequationem per

Schol. I.

varios gradus continuare possumus, sed non semper est opus, ut eandem continuemus quousque licet. Finis enim analyseos ideae vel est, ut menti debitam suppeditemus ideam, sufficienterque claram; vel ut probationem quandam instituamus. Si prius, in analysi subsistere licet, ubi eo peruentum est, ut is, cui ideam ingenerare cupimus, praedicatorum, quibus utimur, claras habeat ideas; Si posterius, resolutio eo usque continuanda, donec adpareat veritas illius quod probandum erat. Si in analysi & adaequatione vellemus progredi ulterius, faceremus superfluum, & saperet pedantismum. Reflectatur hic simul ad numerum terminorum atque vocum finitum, ex quo non minus adparet, nos resolutionem ideae in infinitum continuare non posse.

Probationes & demonstrationes cum primis per Schol. II. analysin & adaequationem idearum fieri ex inferius dicendis elucebit.

§. 74. Idea adaequata exhibet distinctas ideas praedicatorum in idea quadam distincta contentorum (§. 64.), inadaequata vero tantum confusas (§. cit.). Dum itaque, si ideae nostrae sunt distinctae, maior in anima sit claritas, maiusque lumen, quam si confusae tantum sint (§. 42.); si ideis pollemus adaequari, maior est in anima claritas & maius lumen mentis, quam si tantum habea-

§. 79. Adfectiones rerum nobis vel repraesentamus tanquam rebus inexistentes, siue cum subiecto cui insunt, vel sigillatim absque rebus siue subiectis quibus insunt. Exper.

V. g. *rationem* nobis repraesentamus vel sine subiecto cui inest; vel cum subiecto cui inest, veluti si mihi repraesento *ens ratione praeditum*. Schol.

§. 80. *Idea abstracta* est idea adfectionis cuiusdam absque ente cui inest. *Idea concreta* est idea adfectionis cum ente cui inest. *Terminus* ideam abstractam significans *abstractus*; ideam vero concretam denotans, *concretus* audit. Definit.

Terminus abstractus, vel etiam ipsa adfectio separatim considerata non raro *abstractum* vocatur, vti *terminus concretus*, vel etiam ipsum *ens vna* cum adfectione spectatum, *concretum* nominatur. Ceterum notandum est, vocem *idea abstracta* paulo aliter hic accipi, quam supra (P. §. 57.), quod ex collatione definitionum satis adparet. Schol.

§. 81. *Idea concreta*, & *abstracta* differunt ratione obiecti repraesentati (§. 80.), per consequens haec idearum differentia materialis est (§. 75.). Theor.

Alias differentias idearum materiales addunt alii, v. g. dum diuidunt ideas in *ideas substantiarum & accidentium*; *theologicas, iuridicas &c. simplices & compositas*; *absolutas & relativas &c.* Schol. I.

Iam progrediemur ad *idearum formationem*, quomodo illa quam commodissime fit instituenda, ostensuri; qua occasione adhuc alia quaedam exponemus ad doctrinam de ideis spectantia. Schol. II.

§. 82. Si de obiecto quodam singulari ideam tantum confusam acquirere cupiamus, opus solummodo est, vt illud ope sensus nobis repraesentemus, eique attendamus (§. 48-45.). Probl.

*Bevarius modis formati
de ideis § 82-129.*

Corvini Logica.

D

Sic

Schol. Sic v. g. ideam huius vel illius *coloris, saporis &c.* adquirimus.

Probl. §. 83. *Si ideam distinctam de obiecto quodam singulari nobis comparare animus sit, obiectum illud singulare vel per sensum, vel ope imaginationis nobis repraesentemus, attendamus primo toti obiecto, deinceps autem varia in eodem praedicata distinguere adlaboremus, siue super eo reflectamus (§. 38.)*

Schol. Notandum, quod consultum sit, rem tot sensibus subiicere quam fieri potest, eo enim plura in obiecto distinguemus, adeoque eo clarius rem nobis repraesentabimus. Quodsi ergo varia in obiecto obuia sint nimis multa, ut mens multitudinem confundatur, vel nimis exigua, ut illa a se inuicem satis distinguere non possit; vel nimis remota, ut hac etiam ratione impediamur, quo minus illa discernere a se inuicem accurate possimus, ideam non nisi confusam illius obiecti adquiremus, ubi tamen microscopia & telescopia interdam efficiunt, ut ad ideas distinctas de obiectis talibus adspirare queamus. Saepius culpa, cur ideae nostrae euadant tantum confusae, in nobis ipsis est sita, si nimirum debitam attentionem & reflexionem non adhibemus, impediti v. g. sensibus, vel imaginatione & affectibus, vel etiam desultoria ratione obiecta tractandi. Haec impedimenta, quae a nostra culpa dependent, itidem sunt remouenda; sensus nimirum & imaginationem rite adhibendo, eorum distractiones, ut & affectus cuitando, cum primis attendendi facultatem ad gradum prouehendo, quod postremum summae est utilitatis. Requiritur ibi in nobis seria attendendi voluntas, excitanda amore veritatis, gloriae cupiditate, repraesentatione necessitatis rei, voluptate ex hac animae perfectione capienda. Ante omnia crebriori exercitio attentionis & reflexionis est opus.

§. 84.

In definitione sui mensuratur. Omnia sunt sequuntur: analogum rationis est expectatio sensus tunc casuum
similem. Obligatio est habitus liber de actionis ad perfectiones nostras

¶ in analogia habetur quod magis minus aliquid fieri non potest. iniuria est actus externalis illicitus
legatum est pars honorum quod dicitur in scriptura a. omnia ex voluntate testatoris mortui
adventum minus.

§. 84. *Vt. notionem confusam adquiramus, opus* Probl.
tantum est, vt exempla, siue casus singulares de
obiecto isto nobis repraesentemus, & ad eisdem
attendamus (§. 45.).

Illustratur exemplo de *analogo rationis, obligatione etc.* Schol.

§. 85. *Ad notionem distinctam formandam fa-* Probl.
cit, vt casum singularem, vbi obiectum depre-
henditur, nobis repraesentemus, eidem attenda-
mus, & ope reflexionis varia praedicata in eo-
dem occurrentia a se inuicem distinguamus, tum-
que inquiramus, quatenam horum praedicatorum
obiecto semper competant, quaeue minus, seu
quatenam praedicata nos commoueant, vt obie-
cto hocce nomen imponamus, & vtrum nomen
hocce retineat, etiamsi hoc vel illud praedica-
tum desit, an minus. Quae mutabiliter adsunt,
non pertinent ad notionem istius obiecti, adeo-
que negliguntur, siue ab iisdem abstrahimus;
quae vero ab obiecto, si quidem tale obiectum
esse debet, abesse non possunt, ea sunt retinen-
da & in notionem adsumenda. Hac ratione ope
attentionis, reflexiones & abstractionis nancisci-
mur notionem (P. §. 57.); & quidem distinctam
(§. 43.).

Declaratur exemplo de *iniuria, legato, beneficio &c.* Schol. I.

Loco terminorum singularium, seu specialio-
rum generaliores esse substituendos patet. Vt ne-
gotium sit facilius, vtile est, si, postquam re-
flexio super casu singulari facta est, alios adsu-
mamus casus singulares, in quibus idem obie-
ctum conspicitur. Sic enim adparebit, quae-
nam praedicata obiecto competant constanter,
quae minus. Non raro enim vera praedicata,
quae adsumi debent, sub aliis & peregrinis cir-
cumstantiis quasi sunt sepulta.

Ex vnicō casu singulari de obiecto quodam *determi-* Schol. II.
nate formari posse notionem distinctam, statuunt

D a

non-

nonnulli, ita vt facta attentione & reflexione de qualibet circumstantia, quam in casu singulari obseruamus, questionem instituamus: an propter illam obiecto id nominis imponamus? quodsi enim retineat nomen, demta licet hac circumstantia, illam non pertinere ad notionem; sin minus; pertinere. Interim hoc cognoscere vix, ac ne vix quidem poterimus, nisi vel alii casus de eadem re nobis innotuerint, vel nos saltim alios nobis fingamus.

Schol.III. Ex dictis adparet, si qui absque omni abstractione, accedente ope solius attentionis & reflexionis super casibus singularibus notiones distinctas, v. g. de *mundo* formari posse, sibi persuadeant, illos mirifice falli. Si enim nullam adhibemus abstractionem, nobis repraesentamus quidem indiuiduum, minime autem ens vniuersale, seu non omnimode determinatum, adeoque notionem distinctam minime acquirere possumus. conf. *Meditationes nostras ad logicam spectantes, Meditatio. I.*

Probl. §. 86. *Ideam completam formaturus* faciat distinctam, & praedicata obiecti tot in eandem adsumat, quot requiruntur ad obiectum semper ab omnibus aliis distinguendum (§. 50.); vt determinata quoque fiat, dispiciendum est, ne superflua in eadem deprehendantur (§. 54.)

Schol. Problema hocce est vnum ex praecipuis, quoniam cui eius resolutio possibilis est, is definitiones quoque condere potest.

Probl. §. 87. Si *ideam adaequatam formare* cupias, fac primo distinctam, tumque praedicatorum in hac distincta occurrentium denuo ideas distinctas acquirere labora, eo modo, qui §. 85. explicatus est.

Schol. I. Nemo non videt hocce problema non esse nouum, sed illud §. 85. propositum, aliquoties repetitum.
Omnia

reflexio
casu sing
nus: m
imporan
mta lic
ere ad m
Interim
n poter
bis ins
gamus
abstrac
reflexio
inctas,
ideant,
ibema
videm
le, seu
otiona
mos ca
avut, d

faciat
ndem a
mpert
v' d' d'
le supe

quon
nibus

cupis
ruma
incta
plic

rum
icum
ma

Reflexio hinc quod Latine consideratio rei.

Man muss die Sache nicht aufzählen, sondern abstrahieren, indem man die Begriffe in sich selbst
in sich selbst aufzählen lässt. Das ist die allgemeine Begriffe, die man nicht aufzählen kann.
in § 88: man muss die Sache nicht aufzählen, sondern abstrahieren, indem man die Begriffe in sich selbst
aufzählen lässt. Das ist die allgemeine Begriffe, die man nicht aufzählen kann.

- a. objecta pura.
- b. objecta ueritatis.
- c. objecta differentia.

Omnia adhuc explicata (§. 88. seqq.) pertinent ad Schol. ||
 primum modum formandi ideas, quem vocant
modum formandi ideas per sensus, siue per attentionem
 & reflexionem, qui ergo triplicem reuera ali-
 um modum inuoluit, 1) per attentionem solam :
 2) per attentionem & reflexionem, siue adhuc in-
 tercedente abstractione; denique 3) per atten-
 tionem, reflexionem & abstractionem simul ad-
 hibitam. Nunc ad secundum ideas formandi
 modum, qui dicitur *κατ' ἐξῆς* *modus forman-*
di ideas per abstractionem.

§. 88. *Qui per abstractionem ideam formaturus* Probl. *modus formandi ide-*
 est, obiecta adsumat plura, cuiuslibet eorum atten- *as per abstractionem*
 dat, & super illo reflectat, porro illa inuicem *§. 88 - 119.*
 conferat, & quæ in iis animaduertit prædicata
 eadem, separatim cogitet, relictis illis, in quibus
 differunt (P. §. 55. Schol.).

Ostendatur exemplo *figuræ, hominis, &c.* Si modus Schol.
 hicce ideas formandi vocatur, *per abstractionem*,
 vox abstractionis sumitur striete (P. §. 55. Schol.).

§. 89. *Vbicunque abstrahimus*, dum idem for- Theor.
 mamus, ibi *prodit* idea entis non omnimode de-
 terminati (P. §. 55. 22.), adeoque vniuersalis (P.
 §. 57.), per consequens *notio* (§. cit.).

De modo §. 88. adducto idem speciatim exinde pa- Schol.
 tet, quoniam semper *prodit* idea, quæ comple-
 titur prædicata in obiectis, a quibus abstractio
 est facta, eadem tantum, per consequens, quæ
 competit pluribus illis entibus, atque adco idea
 communis est seu *notio* (P. §. 57.)

§. 90. *Si duæ sint notionés distinctæ*, aliquam Probl.
 habentes conuenientiam, *denovo ex illis abstra-*
ctam ideam possumus formare; si priores compa-
 remus, & illa; in quibus conueniunt, siue iden-
 titatem earum nobis separatim repræsentemus
 (P. §. 57.)

§. 91 *Vbicunque abstrahimus semper quaedam* Theor.
 præ-

praedicata, vel aliquod praedicatum cogitando omittimus (P. §. 55.), per consequens *abstractio tamdiu continuari potest, quamdiu aliquid cogitando potest omitti, ut tamen aliqua adhuc super sit idea.*

Consect. Quodsi ergo aliqua idea vnico tantum praedicato constet: abstractio non amplius habet locum (§. praeced.).

Theor. §. 92. Abstractio stricte sic dicta supponit obiecta plura in aliquibus determinationibus eadem, in aliis vero diuersa (P. §. 55. Schol.), vbi determinationes diuersas cogitando omittere, illas vero, in quibus conueniunt, separatim cogitare debemus (§. cit.). Si itaque plura quidem essent obiecta, quae vero nulla omnino determinatione a se inuicem differrent, siue essent perfecte eadem: *abstractio stricte sic dicta non posset fieri.*

Schol. Non hic adserimus dari entia duo singularia perfecte eadem: hoc enim impossibile esse, demonstratur in metaphysica; sed loquimur tantum conditionate, idque praesertim cum in finem, ut adpareat, abstractionem stricte dictam semper requirere aliquam in pluribus diuersitatem.

Definit. §. 93. Idea, quae exhibet tantum identitatem indiuiduorum, i. e. eas tantum determinationes, quae in pluribus indiuiduis sunt eadem, vocatur *species*. Idea vero, quae exhibet tantum identitatem specierum, i. e. eas tantum determinationes, quae in pluribus speciebus sunt eadem, dicitur *genus*. Determinationes diuersae in obiectis, quae alias determinationes habent easdem, adpellantur *differentiae eorum obiectorum*. *Differentia numerica, specifica, atque generica, quid sit? ex dictis facile intelligitur.*

Schol. *WOLVIVS speciem per similitudinem indiuiduorum, genus per similitudinem specierum declarat.*
Rationes,

↑
c
c
zi
ge
(S
pe
eti
&
(P
di
G
ini
m
ica
(S
plu
atte
rica
illis
(S
G
fe re

Rationes, quae, vt paulo aliter definitiones sup-
peditarem, me mouerunt, coram exponam.
Interdum ipsa identitas indiuiduorum *Species*,
identitas vero specierum *genus* vocatur.

§. 94. Ex specie ergo differentiae numericae, **Consect.**
ex genere differentiae specificae exulant (§. praeced.).

§. 95. Species eas tantum continet determina- **Theor.**
tiones, quae pluribus indiuiduis sunt communes,
genus, quae in pluribus speciebus sunt eadem
(§. 93.), per consequens species pluribus com-
petit indiuiduis, *genus* pluribus speciebus, adeoque
etiam pluribus indiuiduis, consequenter *Species*
& *genera sunt ideae uniuersales, siue notiones*
(P. §. 57.).

§. 96. Species itaque comprehendit sub se **Consect.**
indiuidua, *genus* vero species (§. praeced. & P. §.
61.), adeoque species est idea superior respectu
inferiorum singularium; idea vero inferior com-
munis respectu superiorum; *genus* autem est
idea superior respectu inferiorum communium
(§§. citt.)

Hae sunt definitiones *speciei & generis* aliis auctori- **Schol.**
bus vsitatae, quas nos ita, ceu *consectaria*, ex no-
stris definitionibus deduximus.

§. 97. *Qui speciem quandam formare cupit*, **Probl.**
plura indiuidua sibi repraesentet, eorum cuique
attendat & super illo reflectat, differentias nume-
ricas omittat, determinationes vero in pluribus
illis indiuiduis easdem separatim sibi repraesentet
(§. 93.).

Genus eadem ratione formatur, modo loco indiui- **Schol.**
duorum sumantur *ideae* communes, & earum
determinationes, in quibus conueniunt, dif-
ferentiis missis, seorsim repraesententur.

§. 98. *Idea subordinatae* vocantur tales, quae **Definit.**
se respiciunt vt inferiores & superiores.

D 4

E. g.

Schol. E. g. idea promissi, pacti, pacti bilateralis, emtionis venditionis, emtionis venditionis horti, & huius emtionis venditionis horti sunt ideae subordinatae.

Collect. §. 99. Ideae itaque singulares, genera & species sunt ideae subordinatae (§. 98. & 96.).

Definit. §. 100. Idea communis, quae non nisi singularia sub se comprehendit, seu identitatem indiuiduorum immediatam exhibet, vocatur *species infima*: idea communis, quae non nisi species infimas sub se complectitur, siue identitatem specierum infimarum repraesentat, *genus proximum* appellatur. Idea communis, quae alia genera sub se comprehendit, seu quae identitate plurium generum, quae tum dicuntur *inferiora*, repraesentat, *genus superius* audit. *Genus summum* est idea communis, quae sub nulla alia idea communi continetur. *Genera intermedia* sunt ideae communes, quae & alias communes sub se comprehendunt & sub alia adhuc continentur, siue sunt genera quae & aliud sub se continent & sub alio continentur. Ideae vero, quae iam considerari possunt respectu inferiorum, tanquam communes, iam vero respectu superiorum, tanquam inferiores, dicuntur respectu inferiorum *genera subalterna*, respectu superiorum vero *species subalterna*.

Schol. Genus summum vnica tantum determinatione constare potest; & est idea *entis*.

Theor. §. 101. Objecta plura, quae sub eadem specie continentur, eatenus vocantur *res vnus eiusdemque speciei*; Quae vero sub eodem genere continentur, dicuntur *eatenus res vnus eiusdemque generis*, siue *homogenea*; & si sint species, quae sub eodem genere continentur dicuntur *co-species*.

Definit. §. 102. *Praedicamentum*, siue *categoria* est series idearum subordinatarum.

Doctri-

Doctrinae de praedicamentis olim praemittebatur Schol.
doctrina de *antepaedicamentis*, subiungebatur
materia de *postpaedicamentis*, de quibus multa
a veteribus praecipuntur.

§. 103. Si itaque ponamus genus summum, Confest.
genera intermedia & infimum, speciem infimam
& individua, praedicamentum habemus (§. 102.
100. & 99.)

Non opus est ad praedicamentum, ut a genere sum- Schol.
mo ad individua progrediamur, sed formari etiam
potest ex solis generibus & speciebus subordina-
tis. Numerus praedicamentorum denarius mi-
nus recte constituitur: de quolibet enim obiecto
praedicamentum aliquod formari potest. Ari-
stotelici non nisi res finitas ad praedicamenta re-
tulerunt, unde ideas de rebus tantum creatis va-
lentes *praedicamentales* solebant vocare, & gene-
ratim *terminus praedicamentalis* veteribus erat, qui
significat rem in alio praedicamento locabilem.
Illud vero, quod praedicamenta transcendit, j. e.
ad nullum praedicamentum potest referri, *tran-
scendentale* nuncupatur. Speciatim ea, quae sub-
stantiae & accidenti sunt communia, vocantur
transcendentalia ob uniuersalitem. Ea vero, quae
non nisi Deo diuinisque competunt, *transcenden-
talia propter nobilitatem* audiunt.

§. 104. Idea singularis tantum competit indi- Theor.
uiduo (P. §. 57.); species competit indiuiduis
omnibus sub ea contentis; genus omnibus specie-
bus sub eodem inuolutis (§. 95.). Ergo *idea sin-
gularis habet extensionem minimam, maiorem spe-
cies; denique adhuc maiorem genus* (P. §. 61.).

§. 105. Complexus determinationum ideam Definiã
aliquam constituentium vocatur *ideae compre-
hensio* siue *intensio*.

§. 106. Quo plures itaque vel pauciores in idea Confest.
quadam deprehenduntur determinationes, eo ma-
ior

ior vel minor eius est comprehensio siue intensio (§. praeced.).

Theor. §. 107. Species oritur, si determinationes unam, vel aliquot in individuo obuiam omittimus (§. 97. 93.); genus, et differentias in speciebus obuiis negligimus (§. 81. tit.), ergo in idea speciei, in hac vero plures, quam in idea generis, ergo *species minorem habent comprehensionem, siue intensionem quam individua sub illis contenta, et generi rursus minor competit comprehensio siue intensio, quam speciebus sub illa contentis* (§. praeced.).

Schol. Genus superius oritur, si identitatem plurium generum nobis repraesentamus, adeoque determinationes illorum diuersas negligimus. Hinc generis superioris est intensio minor, quam generum inferiorum. De genere summo facile potest demonstrari eius comprehensionem esse minimam (§. 100. Schol.)

Consect. §. 108. Ergo quo maior est comprehensio alicuius ideae, eo minor est extensio eiusdem, quo minor comprehensio, eo maior extensio (§. praeced. & 104.).

Theor. §. 109. Determinationes, quae ideam aliquam constituunt ab eadem abesse non possunt (per princ. contrad.), per consequens, cuicumque aliqua idea competit, illi determinationes eiusdem omnes competant necesse est, adeoque *tota comprehensio ideae omnibus eius competit inferioribus* (§. 105. & P. 61.), siue uti alii loquuntur *idea extenditur in tota sua comprehensione* (P. §. 61.).

Consect. §. 110. Cuicumque ergo obiecto non competit tota comprehensio ideae cuiusdam, eidem illa idea non competit, siue illud non est eius ideae inferius (§. praeced.).

Theor. §. III. Non raro obiecto euidam deficient deter-

intensio

es rnam,
mitimus
pecibus
dea spo
genis,
sionem,
conca
rebenfi
ncentu

am gene
termina
line ge
uam ge
to facit
tem est

nfio ab
n, quo
s. pre-

aliquam
nt (per
que ali
eiusdem
ia com
rioribus
ideae
61.)
ompetit
dem illi
us ideae

deficiunt
deter-

Dea exte ditur in tota sua comprehensione D. § 109
soll, da m unip/nur alla mnot fmbala fubomum, walep/nur das ddele nuffaltma, qm

determinationes vna vel aliquot ideae cuiusdam; hoc tamen non obstante alia, vel aliae illius ideae determinationes eidem competunt (per exper.), adeoque *concludere non licet: de hoc vel illo obiecto idea quaedam est neganda, ergo eidem nulla competit determinatio illius ideae.*

Idea hominis neganda est de bruto, hinc autem inferre non licet, brutum non esse animal. Nonnulli logicorum rem ipsam in §. propositam ita expriment: *ideae diuersae de se inuicem non negantur secundum totam comprehensionem singularem, sed collectivae & simul sumptae.* Schol.

§. 112. *Idea sumitur vniuersaliter, si sumitur in tota extensione, siue pro omnibus eius inferioribus: particulariter vero si de parte tantum extensionis.* Definit.

Si prius, *idea* vocatur *vniuersalis*; si posterius, *particularis*. Vbi tamen vox *idea vniuersalis* alio significato accipitur, quam supra (P. §. 57.). Signa vniuersalitatis sunt v. g. *omnis, quicumque, nullus &c.* particularitatis, *quidam, nonnulli, quidam non &c.* Schol.

§. 113. *Idea singularis vnico tantum competit in individuo (P. §. 57.), quoniam tamen semper denotat individuum illud; idea singularis aequipollet tali, quae sumitur in tota sua extensione, adeoque idea singularis aequipollet vniuersali (§. praeced.).* Theor.

Notari hoc meretur propter doctrinam de propositionibus & syllogismis. Ceterum eadem thesis, quae in §pho proponitur, exinde patet, quoniam *idea singularis* aequae ac *vniuersalis* recipit signa vniuersalitatis, e. g. *Adamus est primus homo; quicumque est Adamus, est primus homo.* Schol.

§. 114. *Genus si vniuersaliter sumitur, sumitur pro omnibus eius speciebus, & species vniuersaliter sumpta, sumitur pro omnibus eius indiuiduis* Theor.

uiduis (§. 112. & 96.); *quicquid itaque generi competit vniuersaliter, illud omnibus quoque competit speciebus; & quicquid speciei vniuersaliter competit, competit omnibus eius indiuiduis.*

Consect. §. 115. *Quicquid itaque valet de genere vniuersaliter, valet etiam de omnibus indiuiduis sub eodem contentis (§. praeced.).*

Theor. §. 116. *Si genus sumitur particulariter, sumitur tantum pro parte extensionis, siue pro vna tantum, vel aliquot speciebus; & si species sumitur particulariter, sumitur tantum pro vno, vel aliquot indiuiduis (§. 112. & 96.), non autem praecise determinatur species, vel indiuiduum. Vnde a genere particulariter, determinate ad hanc speciem, vel has species non valet consequentia; nec a specie particulariter determinate ad hoc indiuiduum, vel ad haec indiuidua; siue quod generi, vel speciei competit particulariter non statim hinc determinate competit speciei, vel huic determinate indiuiduo.*

Schol. Ex iis, quae in §pho dicta sunt rectius intelliguntur canones logicorum: *quicquid valet de genere, valet de qualibet specie sub illo contenta; quicquid valet de specie valet de omni indiuiduo sub ea contenta*, qui ita nimis vage sunt expressi, vt perueriti facile queant. Quod si enim quis sibi persuaderet, omne quod generi quocunque modo non repugnat, eam ob causam cuiilibet etiam speciei sub illo contentae non repugnare, foret omnino erroneum. Generi enim quaelibet determinatio omnium eius specierum non repugnat, ideo tamen dici neutiquam potest, quod determinationes illae omnes speciei cuiilibet competere queant. Quod de genere & speciebus eius dictum, valet quoque de specie & eius indiuiduis.

Theor. §. 117. *Genus continet eas determinationes quae in pluribus speciebus sunt: eadem (§. 93.) per*

eneri
com-
aliter

e vi-
is sic

sumi
o vi-
es se
vna
on au-
tidu-
matt
confe-
matt
sive
non
buic

untur
; vale
aliter
quia
ueat.
e quod
am ob
rence
Ge-
n eis
neut-
mmei
le ge-
ue de

onesi
937
per

per co
ida
fere

D

S
adeo
ta ra
quia
per
in v
tera
ram
speci
A

S
gene
exte
qui
ner

E

per consequens, tota idea generis continetur in idea speciei, ergo: si negatur genus, negantur species omnes sub eodem contentae.

De specie respectu indiuiduorum idem eodem modo posse demonstrari patet.

Schol.

§. 118. Genus est identitas specierum (§. 93.), Theor. adeoque species sub aliquo genere contentae certa ratione conueniunt, siue sunt eadem; sed quia sunt species plures, differunt a se inuicem per differentias specificas (§. cit.); consequenter in vna specie aliquid deprehenditur, quod in altera non occurrat. Ergo ab vna specie ad alteram concludere non licet, siue quod valet de vna specie, non statim valet de altera.

Ab vno genere inferiori ad alterum, itemque ab vno indiuiduo ad alterum consequentiam itidem non valere eadem ratione fit manifestum.

Schol.

§. 119. In qualibet specie continetur totum Theor. genus (§. 109.), sed species non est, nisi pars extensionis ipsius generis (§. 93. & P. §. 61.); quidquid ergo de specie valet, valet quoque de genere, sed non nisi particulariter (§. 112.)

Eodem modo demonstratu facile est, quod quidquid valet de indiuiduo, valet de specie, sed non nisi particulariter, item quidquid valet de genere inferiori valet de superiori, sed particulariter tantum.

Schol. I.

Exposuimus adhuc, quomodo notiones formandae sint ope abstractionis. Quoniam ope abstractionis adquirimus ideas superiores, quam illae sunt a quibus abstractio est facta, quando vero ab inferioribus ad superiora progredimur, ascendere dicimur: modus iste formandi ideas vocatur per adscensum; item per analysin siquidem hac ratione ideae inferiores resoluuntur, vt illae determinationes, quae notionem ingredi debent, seorsim sumi

Schol. II.

Modus ideas
formandi
per combinationem
a § 120 - 128
Schol.

sumi queant. Superfunt tunc alii modi formandi ideas, ad quos pauca progrediemur.

§. 120. Per combinationem, siue per *synthesin* ideae formantur, si plures ideas in vnam coniungamus.

Sic si ideam entis & summam perfectionis coniungamus, vt prodeat idea entis perfectissimi, haec idea formata est per combinationem.

Exper. §. 121. Combinare ea possumus, quae vel per sensum, vel per imaginationem vel ope ingeni, vel ope rationis nobis simul repraesentamus.

Definit. §. 122. Oritur hinc *combinatio sensuualis*, quando ea combinamus, quae sensus repraesentant; *imaginatiua*, quae imaginationis ope; *ingeniosa*, quae per ingenium; denique *rationalis*, si ea coniungimus, quae connecti posse ope rationis perspicimus. Quoniam combinatio sensuualis, imaginatiua & ingeniosa, non tam in ipsa re, quam in arbitrio nostro fundamentum habet, communi nomine *arbitraria combinatio* vocari solet.

Probl. §. 123. Per *determinationem* ideae formari possunt duplici ratione:

- 1.) si ideam sumamus vniuersalem, & ea, quae indeterminata in illa sunt, determinemus. h. e. ^{nam} ~~h. e. non~~ determinemus, vt sumamus ideam, qualiscunque libnerit, & quod in illa determinatum iam est, alio modo determinemus.

Consect. §. 124. Priori itaque modo ab idea superiori ad inferiorem, v. g. a genere ad speciem, a specie ad ideam singularem progredimur; posteriori vero ab vno genere ad alterum, ab vna specie ad alteram, ab idea vnius indiuidui ad ideam alterius indiuidui peruenimus. Et cum *descendere* dicamur, si a superiori ad inferiora pergitur: modus

DS. 120

Combinare est representare, ubi rem, cuius omnia simul insunt, qual in aliis
separatim res reales entantur.

DS. 123. not 1.

Quod si igitur ideam omnium saltem magis determinates exhibet idea inferior; si alia
modo; oritur idea inferior, s. cognata, s. cognata. Illa idea vocari potest idea maior;
haec idea abstracti alio modo determinati, et ab idea determinata distinguuntur.

modi
voca
Ex
§
finit
mina
idea
pior
Re
C
E
t
Cl
c
§
fuffici
sub e
fuffici
ficut
tie d
Noti
oppo
theice
vnam
cognof
bonis
fpecies
notio
Synthet

§. 12
ibidice

modus prior formandi ideas per determinationem vocatur *modus formandi ideas per descensum*.

Ex dictis facile est ad intelligendum, modum formandi ideas per determinationem esse speciem modi formandi ideas per combinationem. Schol.

§. 125. Si formare velis genera & species per *synthesin*, siue descensum, sume genus, & determinationem eidem adiace. Sic enim prodibit idea inferior adhuc communis, adeoque species prioris (§. 93.). Probl.

Res eodem redit, si ex genere superiori inferius, ex specie ideam individui formare volueris. Schol. I.

Cum praedicamentum sit series idearum subordinatarum (§. 102.); illud duplici ratione formari potest, nimirum per *analyfin* & per *synthesin*. Schol. II. F § 119 Schol 2.

Claritas idearum supra explicata a quibusdam vocatur *claritas analytica*; cui opponunt *syntheticam*, de qua hac occasione pauca subiungimus. Schol. III.

§. 126. *Notio synthetica clara* vocatur, quae sufficit ad cognoscendum, vtrum species quaedam sub eadem comprehendatur; si minus ad hoc sufficit, est *synthetica obscura*. Quod si notio sufficit ad species oppositas determinandas *synthetice distincta*; si minus *synthetice confusa* audit. *Notio synthetica completa* est, si ad species oppositas omnes determinandas sufficit; *synthetice incompleta* vero, vbi speciem quidem vnam, vel aliquot, non vero omnes oppositas cognoscimus. Denique si species alicuius notionis assignare possumus, aut harum rursus species iudicare valemus aut minus. Si prius, notio est *synthetice adaequata*; si posterius, *synthetice inadaequata*. Definit.

§. 127. Quomodo formandae sint notiones synthetice clarae, distinctae &c. ex praecedentibus. Probl.

paget.

pater, nimirum adhibendo modum formandi ideas per determinationem (§. praeced. & 123.).

Modus for. Probl.
 modo ideas per demon-
 strationem.

§. 128. Per demonstrationem formatur idea; si demonstauerimus tot alicuius entis praedicata, quot requiruntur ad obiectum semper ab omnibus aliis distinguendum, eademque combinemus, ut idea entis exinde prodeat.

Schol. I. Coincidit fore hic modus ideas formandi cum illo per combinationem rationalem. Possunt tamen aliquali ratione adhuc distingui, siquidem, si per combinationem rationalem ideam efficio, adsumo praedicata varia, de quibus perspicio, illa sibi inuicem non repugnare; & inde tum formo aliam quandam ideam. Si vero per demonstrationem formamus ideam, determinatum quoddam habemus obiectum, de quo praedicata varia imus demonstratum, quae deinceps colligimus, ut idea determinata istius obiecti inde procedat. Conf. Meditat. nostras logicam spectantes §. 19. seqq.

Schol. II. Postquam diuersas idearum species diuersosque easdem formandi modos explicauimus, nunc ostendemus modum inuestigandi veritatem idearum quacumque ratione formarum.

Theor. §. 129. Cogitationes sunt verae, si sunt possibiles, siue nullam inuoluunt contradictionem (P. §. 98.), cum itaque ideae sint cogitationes (P. §. 15.) illarum realitas, siue veritas logica in eo crit ponenda, si determinationes in idea occurrentes sibi inuicem non contradicant.

C. De modo inuestigandi
 veritatem idearum
 formarum.
 §. 129 - 146.

primus Theor. §. 130. Idem non potest simul esse & non esse (P. §. 76.), per consequens determinationes ente aliquo singulari simul obuias non possunt sibi contradicere; adeoque si idea aliqua non continet, nisi determinationes in ente quodam singulari simul obuias, illa possibilis est (P. §. 26.); hinc realis siue logice vera (§. praeced.).

modus a modo forma-
 di ideas sumtus est
 a §. 130-142

1. vera est si continet
 determinationes
 2. possibilis

§. 131.
 1. vera est si continet determinationes in ente quodam singulari simul obuias, illa possibilis est (P. §. 26.); hinc realis siue logice vera (§. praeced.).
 2. per abstractionem formatae ab entibus singularibus, sunt verae, ab entibus inueniuntur.
 3. per combinationem formatae sunt verae, demonstrata possibilitate.
 4. Deae per demonstrationem ex idea vera ductae sunt verae.

MS. 133.
Wai infir autor mit andromu chimeras mit Ami. Horat; arte pöel; v. 7. 52. 215
vanas.

§. 131. Eiusmodi itaque *ideae* ulteriori probatione non egent (§. praeced.), consequenter in numerum principiorum cognoscendi indubitatorum recte possunt referri (P. §. 78.). Consect.

§. 132. Cogitationes falsae sunt, quae inuolunt contradictionem (P. §. 1. 98.), ergo *ideae falsae sunt*, in quibus occurrunt determinationes sibi inuicem contradicentes (P. §. 15.) siue quae sunt impossibiles (P. §. 20.). Theor.

§. 133. *Idae falsae* vocantur *chimaerae*. Speciatim ubi quis ideam habere sibi videtur, cum tamen sit chimaera, quam voce quadam indicat, illa vox denotare dicitur *ideam* siue *notionem decepticem*, & ipsa vox *terminus inanis*, licet non satis adcurate, vocari solet. Definit.

Si nonnullus terminus quia obiectum impossibile, deus illi la datur idea, & ipse presentat.

§. 134. Si ope sensus formamus ideas, nullae in illis occurrunt determinationes, nisi quae simul rebus existentibus insunt (§. 82. seqq.), per consequens *ideae ope sensuum formatae semper sunt logice verae* (§. 130.), & *principia indubitata* (§. 131.). Theor.

Opus tantum est; ut casus aliquis singularis adducatur, in quo *ideae* istius determinationes simul deprehendantur. Schol.

§. 135. *Idae per abstractionem ut ἀποχρηστικῶς sic dictam ex singularibus formatae* nihil continent, nisi quod in quolibet illorum singularium simul est obuium (§. 88.), ergo illae ob eandem rationem (§. praec.) *habent veritatem logicam, & sunt principia indubitata. Quod si vero ea, a quibus abstractio fit, non sint indiuidua, sed notiones aliae: ab harum veritate veritas illarum pendeat.* Theor.

Si scilicet illae notiones, a quibus noua idea abstrahitur, sint verac determinationes cuiuslibet earum sibi non contradicunt (§. 129.); ergo si per abstractionem eas determinationes, quae in Schol.

Corum Logica.

E

illis

illis sunt eadem separatim sumamus: idea sic orta itidem tantum continet: determinationes sibi non contradicentes, consequenter non minus est vera. Sin autem notiones illae, a quibus abstrahimus, verae non sint: neque de ideae per abstractiones ex illis formatae veritate securi esse possumus. Notionum itaque ex aliis notionibus formarum veritas ulterius est probanda.

Confect. §. 136. Species itaque & genera per abstractionem ex singularibus formata sunt vera (§. praeced. & 95.).

Theor. §. 137. Si per combinationem rationalem ideae formamus, eas coniungimus determinationes, quas sibi non repugnare rationis ope perspicimus (§. 122.), adeoque *idea, quae per combinationem rationalem exsurgit, est vera* (§. 129.).

Theor. §. 138. Quid demonstratur est verum (P. §. 79. 100. 101.). Iam si idea formatur per demonstrationem, quaelibet determinatio obiecto inesse demonstratur (§. 128.), ergo in *idea per demonstrationem formata* non possunt occurrere determinationes sibi repugnantes, consequenter *illa est logice vera* (§. 129.).

Confect. §. 139. Ideae itaque formatae ope combinationis rationalis & ope demonstrationis sunt principia indubitata (§. 131.).

Exper. §. 140. Per combinationem & determinationem arbitrariam facile combinantur ea, quae sibi contradicunt.

Conf. I. §. 141. Ergo per combinationem & determinationem arbitrariam facile exsurgunt ideae falsae & chimaerae (§. praeced. & 132. 133.).

Conf. II. §. 142. Veritas itaque idearum ope arbitrariae combinationis vel determinationis formarum debet euinci (§. praeced.)

|| altera talis est Theor. §. 143. *A posteriori, siue per experientiam examinanda-*
us a §. 143-145

1. ut exemplum circumspiciamus.
2. ad data ea concludamus.

minatur ideae per arbitrariam combinationem vel determinationem factae veritas, si circumspiciamus, annon existat tale obiectum, cui idea potest adplicari. Quod enim tale deprehendamus, de veritate ideae possumus esse certi (P. 130.).

Si tale obiectum non inueniamus, inde haud statim concludere licet, ideam esse impossibilem. Multa enim sunt possibilia, quae non existunt. Interim cum inferius ostensuri simus, experientias esse principia indubitata, patet, quod si experientia doceat ea, quae repugnant notioni, illam omnino falsam esse.

Schol. Ficticia multa existunt quorum existentia nobis percepta non est.

§. 144. Cum idem simul esse & non esse non possit (P. §. 76.): impossibile existere nequit (P. §. 20.). Cuiuscunque ergo modus fiendi ostendi potest, illud est possibile; per consequens veritas ideae per arbitrariam combinationem vel determinationem formatae potest ita quoque inuestigari, ut dispiciamus, utrum istius obiecti, quod ipsa repraesentat, modus fiendi ostendi queat.

§. 145. Ex vero non nisi verum sequitur, & quodcunque est impossibile, ex eo impossibile quoque deduci possit necesse est (per inferius demonstranda), ergo ideae per arbitrariam combinationem, vel determinationem factae veritatem, hac etiam ratione examinare possumus, ut ex eadem concludamus. Quod si enim impossibilia ex eadem sequantur, impossibilis ipsa, adeoque logice falsa erit; Si vero non nisi possibilia ex illa deducantur, pro logice vera rectissime habetur.

Restat iam in hoc capite pertractandum, quonam idearum consistat perfectio, qua ratione deteriores, magis perficiantur, vel saltem conferentur.

§. 146. *Perfectio est consensus variorum in* Definitio De perfectione Idearum.

§. 147. Ope idearum res debemus agnoscere & Theor.

De perfectione et im-
 perfectione idearum
 §. 147 - fin.

- ab aliis discernere posse (P. 6. 15. 13. 4. 8. 5. & 2.).
 Ergo *idea perfecta est, si illa, quae eandem consti-
 tuunt, consentiant in hoc vno, ut illius ope obie-
 ctum agnoscere, & ab aliis discernere queamus*
 (§. praeced.); & quo magis in eo consentiunt, eo
perfectior est idea.
- Conf. I.** §. 148. Idea itaque clara alicuius obiecti per-
 fectior est, quam idea obscura de eodem (§. praec-
 ed & §. 19.), & quo maior est ideae claritas,
 eo maior perfectio (§§. citi.).
- Conf. II.** §. 149. Ergo idea distincta de aliqua re perfe-
 ctior est, quam idea confusa (§. praec. & 42.); idea
 adaequata perfectior, quam inadaequata, adae-
 quata in secundo gradu perfectior, quam adaequa-
 ta tantum in primo gradu (§. praec. & 73.).
- Theor.** §. 150. Idea completa sufficit ad rem reprae-
 sentatam semper ab omnibus aliis distinguendam,
 incompleta non item (§. 50.); per consequens
ideae completae maior competit perfectio, quam
incompletae (§. 147.).
- Definit.** §. 151. Illud, quod minus perfectum euadit,
 quam erat ante, dicitur *deteriorari.*
- Consect.** §. 152. Quod si ergo idea clara euadat obscura;
 distincta, confusa; completa, incompleta; adae-
 quata, inadaequata; adaequata secundi gradus,
 adaequata primi tantum gradus &c. ideae dete-
 riorantur (§. praeced. 148. & 149.).
- Definit.** §. 153. Defectus memoriae vocatur *obliuio.*
- Schol.** Obliuioni tribuitur, tum si cogitationes ante habitas
 reproducere non possumus, tum si reproducere
 quidem eas, recognoscere tamen non possumus.
- Theor.** §. 154. Si obliuiscamur determinationum, siue
 praedicatorum obiecti ad ideam eius pertinenc-
 tium, quae antea nouimus, ex idea clara potest
 fieri obscura (§. 19.), ex idea minus obscura,
 idea magis obscura (§. 29.), ex distincta con-
 fusa;

& a),
cong
ne ab
arum
munt,

echi p
(S. pre
clarita)

re per
a. h. de
a, ad
adaqua
(S. d.)
re re
uend
onsequ
o, q

euadi

obf
ca; ab
gradus
eae det

oblin
re hab
produt
obfunt
num, is
perim
ra per
obfca
icta es
ia

f
fi
re
ni
ru
ru
ra
ui
(S
cer
gl
star
da
fer
fra
cre
ced
V
dir
f
fcur
me
S
S

fusa; ex completa, incompleta (§. 50.) &c. ergo obliuione ideae possunt deteriarari (§. 251.).

Immo per obliuionem ideae quaedam omnino euanescere potest. Schol.

§. 155. Eorum facile obliuiscimur, quibus sufficientem non adhibemus attentionem, speciatim si res tractemus tumultuario modo, nec non si repetitionem negligamus. Exper.

§. 156. Ergo neglectus attentionis & repetitionis debitae, tumultuaria & desultoria obiectorum tractatio sunt causae deteriorationis idearum (§. 155. & 154.). Confect.

§. 157. Si itaque deteriorationem idearum euasare cupiamus, opera nobis est danda, ne obliuiscantur praedicatorum ideas constituentium (§. 154.), & per consequens debita obiectis attentio est adhibenda, crebrior repetitio non negligenda, tumultuaria & desultoria obiecta tractandi ratio & nimia pensorum quantitas fugienda (§. 155.). Probl.

§. 158. Si ideas crebro repetamus, illas conseruamus. Exper.

§. 159. Quicumque ergo ideas semel adquisitas conseruare studet, repetitionem earum crebriorem commendatam sibi habeto (§. praeced.). Confect.

Vt repetitio eo commodius fieri possit, recte nonnulli monent, ideas semel adquisitas scripturae esse committendas. Schol.

§. 160. Illud melioratur, quod perfectius euadit, quam erat ante. Definit.

§. 161. Si ergo ex idea alicuius obiecti obscura fiat clara; ex confusa, distincta &c. ideae meliorantur (§. praeced. & 148. 149.). Confect.

§. 162. Ideae fiunt clarae ope attentionis (§. Probl. 82.), per consequens & distinctae & adaequatae

- ope eiusdem (§. 83. 87.), ergo *ope attentionis ideae meliorantur* (§. 160.).
- Exper.** §. 163. Non raro fieri solet, vt cogitatio quaedam, quam olim habuimus claram, propter omis-
sam repetitionem, sit tantum obscura in nobis
certo tempore, licet facultatem eandem reproduc-
cendi non omnino omiserimus.
- Definit.** §. 164. Si illud §. praeced. dictum locum ha-
bet, *rei non recordari* dicimur. Facultas autem
efficiendi, vt cogitatio olim clare habita, iam ve-
ro tantum obscura, denuo clara euadat, dicitur
reminiscentia.
- Probl.** §. 165. Cum reminiscentia pertineat ad ima-
ginationem (§. praeced. & P. §. 35.), haec au-
tem cogitationes reproducat occasione aliarum,
cum illis simul habitatum (P. §. 34.), sequitur,
vt si quis reminiscentiae actum velit exercere,
debeat reproducere cogitationes alias, cum illa,
quam nunc claram denuo efficere studet, con-
iunctim habitas.
- Schol.** Speciatim cum ideis, si earum recordari non possi-
mus, eodem modo est procedendum.

CAPVT II.

DE

COGNITIONE SYMBOLICA.

§. 166.

- Exper.** Cogitationes nostras, vtpote actiones animae,
non valemus cum aliis communicare, nisi
adhibitis obiectis quibusdam externis, ex quibus
alii cognoscere possint, quatenus in anima no-
stra cogitationes existant.
- Consect.** §. 167. Non itaque nostras cogitationes cum
aliis communicare possumus, nisi adhibitis signis
sive symbolis cogitationum (P. §. 68.).

§. 168.

tionem
quae
omni-
nobis
rodu-
um be-
aurem
am ve-
dicant
id im-
ec ab-
iarum,
quitur,
ercent,
m illa,
, con-
n poss-

Ad Caput II.
De cognitione symbolica

ad 166 - 169

quis in istis articulis §. 166. de cognitione symbolica in dno Hermannus Hagen de cognitione symbolica
sancti articuli §. 166. in istis articulis §. 166. de cognitione symbolica

1. unde videtur non solum in dno articulo §. 166. de cognitione symbolica
2. unde in d. abstractione videtur non solum in dno articulo §. 166. de cognitione symbolica

Et sic videtur de cognitione symbolica in dno articulo §. 166. de cognitione symbolica
§. 166. de cognitione symbolica in dno articulo §. 166. de cognitione symbolica
de praesentia linguae humanae §. 166. de cognitione symbolica in dno articulo §. 166. de cognitione symbolica

§. 168. Signa cogitationum faciunt negotium Experimenti abstractionis, siquidem illorum ope efficere possumus, ut unam, vel aliquot alicuius entis affectiones nobis repraesentemus absque reliquis, id quod difficulter absque eiusmodi signis fieri potest.

§. 169. Ope abstractionis peruenire possumus Theoriam ad ideas distinctas (§. 88. sqq.). Cum igitur logica idearum perfectionem, adeoque distinctitatem promouere debeat (P. §. 172.): doctrinam de abstractione tradat necesse est, consequenter media quoque negotium abstractionis facilitantia. Ergo *logica de symbolis cogitationum praecipere debet* (§. praeced.).

§. 170. *Cognitio intuitiua est cognitio rei im-* Definit
mediata i. e. sine signis; cognitio vero symbolica
est cognitio rei per signa.

In Logica itaque de cognitione symbolica tra- Coroll.
ctari debet (§. 170. 168.).

Si v. g. coram intueor Caium, vel etiam eum absen- Schol.
tem mihi repraesento, uti est, cognitio mea est in-
tuitiua; sin vero eundem mihi repraesento tan-
tum per nomen, cognitio est symbolica.

§. 171. Varia dantur signa, quibus cogitatio- Exper.
nes exprimere possumus, v. g. nutus oculorum,
motus aliarum corporis partium, v. g. capitis,
manus, pedum &c. Commodissima tamen sunt
soni oris, quos quippe innumeris fere modis pro
ipsa rerum varietate variari posse, itemque ad va-
rias rerum inter se relationes commodo expri-
mendas aptos esse obseruamus.

§. 172. Termini itaque reliquis cogitationum Consect.
signis palmam praeripiunt (§. 171. & P. §. 69.).

§. 173. *Signum arbitrarium siue artificiale vo-* Definit.
catur, quod cum signato necessarium nexum non
habet. Opponitur signo naturali.

- Exper.** §. 174. Cogitatio eiusdem obiecti a diuersis gentibus terminis diuersis significatur.
- Consect.** §. 175. Nexus itaque certorum terminorum cum certis cogitationibus necessarius non est (§. praeced.); per consequens termini sunt signa cogitationum arbitraria (§. 173.)
- Definit.** §. 176. *Significatus termini* est cogitatio, quam significat.
- Schol.** Adcuratiores distinguunt a se inuicem significatum & sensum, per *sensum* intelligentes iudicium, quod per propositionem denotatur.
- Consect.** §. 177. Significatus ergo terminorum est arbitrarius (§. 175.).
- Definit.** §. 178. *Scribere* dicitur, qui in extenso quodam ductus efformat, tanquam signa cogitationum.
- Exper.** §. 179. Dependet ab arbitrio nostro quibusnam ductibus ad cogitationes indicandas velimus uti.
- Schol.** Patet hoc exemplo diuersarum gentium. Ceterum notandum, ductus illos plerumque immediate & proxime significare ipsas voces & remote demum cogitationes, remotius adhuc ipsas res, quo casu *scriptura* vocatur *ordinaria*: nonnunquam tamen eiusmodi ductus immediate seu proxime significant cogitationes vel etiam ipsas res, tum habes *scripturam extraordinariam*.
- Consect.** §. 180. Signa itaque cogitationum scripta itidem sunt signa arbitraria (§. 179. 173.).
- Definit.** §. 181. *Loqui* dicimur, si cogitationes nostras ope terminorum significamus.
- Schol.** Quoniam cogitationes nostras etiam per alia signa, v. g. nutus oculorum &c. significare possumus: non raro, licet improprie, dicere solemus, posse aliquem loqui ope oculorum &c.

a divers
minoru
on est (1
signa co
cogitatio
significati
a iudicia
m et arbi
renso quo
cogitatio
o quibus
as velim
Ceteru
immedi
Se reme
e ipas ro
nennas
dicitur
vel etiam
scripta
es not
alia
sistima
tolencia
c.
§. 10

id. §. 176.
Significatio est in bonis est nexus signi cum re signata. Significatio terminum in bonis est
est relatio terminum ad res signatas. idem. Quod autem significatio est bonum est in bonis articu
atus. Si uero est in eam, id est rem. idem. Quod autem significatio est bonum est in bonis articu
ationis id eam, id est rem.

§. 182. Aliquis *intelligenter loquitur, vel scribit*, Definit.
 qui cum vocibus, vel ductibus suis in extenso factis cogitationes coniungit: *non intelligenter loquitur vel scribit*, qui per sonos, vel per ductus suas cogitationes non indicat.

§. 183. *Vnus intelligit alterum*, si nouit, quasnam cogitationes alter per sua signa velit significare. Sibi minus, *alterum non intelligit*. Hinc patet, quandonam *audiens loquentem, & legens scribentem intelligere* dicatur. Qui cum signis cogitationum ab altero adhibitis alias plane connectit cogitationes, ac alter, is *mentem illius peruertere* dicitur.

§. 184. Ut itaque vnus alterum intelligere queat, requiritur, tum vt hic, v. g. loquens vel scribens, certas connectat cum suis signis cogitationes, tum vt ille, qui intelligere alterum debet, easdem cogitationes vna cum cogitationibus illorum signorum iam ante coniunxerit, vt hac ratione cum signis illis cogitationes easdem ope imaginationis denuo coniungere queat (§. praeced.)

Quae dicta sunt generatim, ad loquentem & audientem, scribentem & legentem facili negotio possunt adplicari. Schol.

§. 185. Actio, qua quis per terminos suas cogitationes significat, vocatur *sermo*. Qui vel *intelligibilis* est, si termini, & earum compositio ita est comparata, vt cogitationes loquentis exinde cognoscere queat alter; vel *non est intelligibilis* si res opposita se habuerit ratione. Definit.

§. 186. Quid itaque sit faciendum, si intelligibilem sermonem formare alicui libuerit, nemini obscurum esse potest (§. praeced.)

§. 187. *Lingua* est dexteritas sermonem intelligibilem formandi; & quidem illa, quam antea discimus, quam vllam aliam intelligimus, *vernacula*; Definit.

cula; quae autem vernacula non est, seu quam post primam demum capimus, *peregrina* vocatur.

Schol.

Linguam vernaculam aliquis addiscit, dum, si obiectum aliquod ipsi est obuium, nomen illius audit, idque ita aliquoties repetitur, donec, recurrente cogitatione obiecti, imaginatio reproducat ideam termini, & infans ope organorum loquelae sonum eundem formare aptus euadat. Eodem modo res sese habet in addiscenda lingua peregrina per usum. Quodsi vero peregrinam linguam per artem addiscere quisquam studet, coniungat saepius nomen obiecti in lingua peregrina cum nomine eiusdem obiecti ex lingua vernacula: sic enim audito nomine in vna lingua ope imaginationis recurreret nomen in lingua altera. Interim vt simul ad modos connectendi, atque idiotifimos linguae peregrinae attentionem adhibeat, necesse est.

Exper.

§. 188. Linguas dari diuersas satis constat.

Definit.

§. 189. *Grammatica* est ars, quae rectam linguae formationem docet. *Grammatica*, quae id, quod omnes linguae commune habent, tradit, vocatur *vniversalis*. *Grammatica philosophica* est, in qua, quantum fieri potest, scientifice proponuntur, quae ad rectam linguae formationem pertinent.

Coroll.

§. 190. Varias itaque grammaticae sunt possibiles (§. 189. 188.).

Definit.

§. 191. *Signa*, quae ex aliis non componuntur, *primitiua* dicuntur; quae vero ex primitiuis componuntur, *deriuatiua* audiunt. *Signa*, ex quibus ipsam rei conditionem cognoscere possumus, *essentialia* dicuntur; ex quibus vero illa cognosci non potest, vocantur *accidentalia*. Hinc, quid sit *vocabulum essentialiale & accidentale*, intelligitur.

Schol.

Signa essentialia in lingua ebraeorum & scriptura Sinensium nonnulli, licet absque fundamento, inuenisse

§. 1.
legi
m
cho
non
ior
§.
cho
ex
v
or
Ge ex
§.
di
cha
cio
nre,
lege v
nandi
ta leg
§.
com
fenti
§.
nium
voca
§.
ma
op
liber
§. 19
com

inuenisse sibi sunt visi. Rectius in Mathesi & Logica quaedam dari adferitur.

§. 192. Finis signi est, vt signatum ex eo colligi queat (P. §. 68.). Quo facilius ergo atque melius hoc fieri potest, eo maior est signi perfectio (§. 146.). Cum itaque ex signis essentialibus non item (§. praeced.): *signorum essentialium maior est perfectio, quam accidentalium.*

Theor.

accidentalibus

§. 193. Quodsi signa primitiua sunt, quibus adfectiones alicuius obiecti immediate exprimuntur, et ex hisce alia formantur signa, deriuatiua nimirum, vt haec ipsas rei adfectiones ob oculos ponant: talia oriuntur signa, quae ipsam rei conditionem distincte exhibent, consequenter signa essentialia (§. 190.).

Theor.

§. 194. Ars signa rerum perfectiora constituendi & explicandi vocatur *ars characteristica*. *Ars characteristica combinatoria*, a LEIBNITIO speciosa generalis dicta, docet signa essentialia inuenire, combinare, & eorum combinationem certa lege variare, ad inueniendum vtilia apte combinandi modum, eandemque combinationem certa lege variandi.

Definit.

§. 195. Ope ergo artis characteristicae & combinatoriae signa primitiua & deriuatiua essentialia possunt formari (§. 194. 193.).

Consect.

§. 196. *Lingua & scriptura*, quam omnes omnium linguarum gentes facile intelligere possunt, vocatur *uniuersalis*.

Definit.

§. 197. Si quis signa primitiua, ex quibus deriuatiua componuntur, cognoscit, deriuatiuorum quoque significatum facile perspiciet. *Lingua* itaque & *scriptura signis essentialibus constans* a quolibet facili negotio intelligeretur, adeoque illa foret *uniuersalis* (§. praeced.).

Theor.

§. 198. Hinc beneficio artis characteristicae & combinatoriae, si quidem esset exulta, ad linguam

Consect.

quam & scripturam vniuersalem, possemus adspirare (§. 197. & 195.).

Definit. §. 199. *Lingua*; in qua vocabula significatum essentialem habent, dicitur *philosophica*.

Consect. §. 200. Lingua ergo philosophica est vniuersalis (§. praeced. & 197.), & mediante arte characteristicam & combinatoriam peruenire possumus ad linguam philosophicam (§. 199. & 198.).

Definit. §. 201. Ars repente scribendi vocatur *tachygraphia*.

Probl. §. 202. Cum vocabula ex pluribus plerumque componantur literis, signa vero simplicia celerius scribi possunt, quam composita (per exper.): signa sunt constituenda, quae integra vocabula denotant, & tamen sunt simplicia. Hac ratione *tachygraphiam* exercere licebit (§. 201.).

Consect. §. 203. Ars itaque characteristicam nobis *tachygraphiae* adminicula suppeditat (§. praec. & 194.).

Definit. §. 204. *Cryptographia* est ars occulte scribendi. *Occulte* autem scribit, qui talibus in scribendo vititur signis, quae non intelligi possunt, nisi ab eo, qui clauem habet; *clavis* vocatur index significatum signorum adhibitorum.

Consect. §. 205. Ars ergo characteristicam & combinatoriam ad *cryptographiam* rite instituendam facit (§. praeced. & 194.).

Exper. §. 206. Ea facilius memoria retinemus, quae distincte, quam quae confuse cognoscimus, itemque facilius, quae visui, quam quae ceteris obiciuntur sensibus.

Theor. §. 207. Ope artis characteristicam & combinatoriam, notiones rerum distinctae immo & adaequatae paucis signis primitiuis inter se combinatis exprimi possunt (§. 193. 194. 195.). Quodsi ergo quis signa primitiua sibi nota facerit, ope signi deriuatiui notionem distinctam & adaequatam

tam multo facilius memoriae mandare ac retinere poterit, quam illo auxilio destitutus (§. praeced.).
Ars itaque characteristica & combinatoria memoriae inseruit.

Ex iis, quae adhuc in medium sunt prolata, maximus artis characteristicae & combinatoriae usus abunde patet. Aliae tamen praeterea illarum insignes sunt utilitates. Dolendum interim, quod artes istae praecclare inter non excultas sint numerandae. Hinc linguis atque scripturis ordinariis adhuc receptis contenti sumus necesse est. De his itaque paucis in sequentibus sumus acturi.

§. 208. Si loquimur vel scribimus, eum in finem id a nobis praestatur, quo nostras cogitationes signis exprimamus, cum primis si aliis loquimur vel scribimus, id facimus eum in finem, ut alii nos intelligant. Exper.

§. 209. Quo melius itaque & facilius per linguam vel scripturam possumus intelligi, eo magis perfecta est lingua vel scriptura (§. praec. & 146.). Confect.

§. 210. *Perspicuitas* sermoni tribuitur, si linguae gnarus facile illum intelligere possit. Sin minus dicitur esse *obscurus*. Definit.

Nonnunquam perspicuitas sumitur *subiective*, pro Schol.

habitu mentem suam apte aperiendi. *Distinguitur etiam perspicuitas in illius*

§. 211. Perspicuitati ergo in sermone opera est danda, quidquid vero obscuritatem creat vitandum (§. 210. 209.). Confect. a perspicuitate sua. de gila. 170.

Cum primis hoc locum habet, ubi cui potissimum mens est veritatem aliis tradendi, quale quid in philosophia obtinet. Schol.

§. 212. Cum sermo debeat esse perspicuus (§. Theor. praeced.), per consequens a linguae gnaro facile posse intelligi (§. 210.); cum voce quacunque, & in se & in nexu cum aliis spectata, connexa sit oportet cogitatio sine idea (§. 188.).

§. 213.

- Definit. §. 213. Vox cui nulla respondet idea, vocatur *sonus sine mente* siue *vox mente cassa*.
- Conf. I. §. 214. Termini itaque inanes sunt soni sine mente (§. praeced. & 133.).
- Conf. II. §. 215. Hinc abstinendum est a sonis sine mente (§. 213. & 212.), adeoque a terminis inanibus (§. 214.).
- Theor. §. 216. Si de causa alicuius effectus est sermo, non raro fieri solet, ut aliquis terminum adhibeat, quo nihil indicat, nisi generatim, dari causam illius causati (per exper.); videtur itaque sibi habere sub illo termino ideam causae istius causati, cum eandem reuera non habeat, consequenter oritur sine mente sonus (§. 213.), adeoque illud in sermone sollicite est fugiendum (§. 215.).
- Definit. §. 217. Terminus, qui vnica tantum voce constat simplex dicitur, siue *incomplexus*; qui pluribus, *complexus*.
- Theor. §. 218. Si plures sint termini incomplexi, quorum cuilibet genuina idea respondet, facile contingit, ut illae ideae, quas denotant, sibi inuicem repugnent. Quod si tamen terminos istos simplices combinemus, ut fiat terminus complexus: ideam denotat impossibilem (§. 132.), cum nos, intelligentes quippe terminos singulos incomplexos, cum termino quoque complexo ideam connectere nobis videamur, licet reuera sit nulla. Quod si ergo ex terminis simplicibus, quibus singulis sua respondet idea, terminus complexus formetur: facile euadit natio deceptrix & terminus inanis (§. 133.).
- Confect. §. 219. Termini ergo complexi in sermone non sunt admittendi, nisi certiores facti fuerimus, quod inanes non sint (§. praeced. & 215.).
- Probl. §. 220. Inuenire autem possumus, utrum terminum aliquis complexus inanis sit, an minus, si
- cun-

ausführlich in dem termini inanes mit ^{§. 213} ~~dem~~ ~~selbst~~ ~~in~~ ~~den~~ ~~§. 216~~ ~~§. 218~~ ~~an~~.

caus
sua
men-
mbas
ferm
stra
m: a
hio
m: a
e dicit
ce cos
i plur
s, quo
e con
uice
impl
lexu:
m nos
nco
idea
n: a
m: a
s in
e non
quod
m: a
s, i
cum

eundem in simplices, ex quibus compositus est, resoluamus, & ideam cuiuslibet, simulque an sibi contradicant illae, inuestigemus. Quodsi enim nulla adsit contradictio, terminus iste complexus est veri nominis terminus, si autem repugnantia oriatur, est terminus inanis (§. 133.).

Concipi potest ex iis, quae explicata sunt, qua ratio- Schol.
ne de nihilo intelligenter loqui nobis videri queamus.

§. 221. Saepissime fit, ut alter nullam cum ter- Theor.
mino quodam ideam, saltim non claram satis coniungere queat, cui tamen alter ideam, satis quoque claram respondere perspicit (per exper), *Cauendum ergo, ne pro terminis inanibus; vel in se obscuris venditemus, quibuscum nos non possumus ideas, vel saltim non satis claras coniungere.*

§. 222. *Terminus fixus* vocatur, qui eandem Definit.
semper ideam denotat inuariatam; *terminus suagus* siue *ambiguus* opposita ratione est declarandus. *Terminus*, qui eandem plane ideam eodem modo significat, vocatur *vniuocus*, siue *vniuocum vniuocans*; uti obiecta illa, quibus competit, *vniuoca*, siue *vniuoca vniuocata* adpellantur. *Terminus aequiuocus*, siue *aequiuocum aequiuocans* est terminus, qui diuersas ideas significat. Dicitur quoque *terminus homonymus*, seu *homonymum*. Illa obiecta, de quibus adhibetur talis terminus, *aequiuocata*, siue *aequiuoca aequiuocata* adpellantur. *Commune ab uno*, siue *ad vnum* est terminus, qui eandem quidem ideam denotat, sed non eodem modo, siue qui significat rem pluribus obiectis communem, vni tamen primario, alteri secundario tantum competentem. Si res quaedam vni primario, alteri secundario tantum competit, & ratio in eo deprehenditur, quod haec ab illa depondeat, vocatur

com-

commune ab vno dependentiae; quodsi res per terminum significata diuersorum graduum sit capax, adpellatur *commune ab vno diuersorum graduum*; denique vbi vni competit intrinsecus, alteri extrinsecus tantum, habet *commune ab vno diuersorum respectuum*.

Schol. Multa adhuc alia logici verustiores huc pertinentia proponere solent, v. g. de *analogis, analogis attributionis tam intrinsecae, quam extrinsecae, analogis similitudinis & proportionis &c.* quae vero, utpote non adeo magni vsus, lubentes omittimus.

Exper. §. 223. Si quis adhibet terminum, qui non semper idem perfecte denotat, non adeo facile eundem intelligimus, siquidem ex contextu demum & circumstantiis sermonis diiudicandum est, quoniam significato hoc vel illo casu accipitur, quod nonnunquam vix ac ne vix quidem fieri potest.

Consect. §. 224. Termini ergo vagi, aequiuoci, & communia ab vno perspicuitati officunt (§. praeced. 222. & 220.), per consequens, quantum fieri potest, ab iis in sermone est abstinendum (§. 211.).

Schol. pertinet hic, quando terminus modo in latiori, modo in strictiori significato sumitur. Non raro nomen generis adhibetur pro specie quadam. Nonnunquam ex incerta partium structura sermonis enascitur ambiguitas. Quae, & alia eiusdem generis, quoniam perspicuitatem impediunt, sollicite esse vitanda, ut moneamus, videtur superfluum, ex antecedentibus quippe satis manifestum.

Theor. §. 225. Si vel maxime terminus quidam sit vagus, prouti alii eodem vtuntur, nos vero significatum determinemus, siue quo significato nos eundem simus constantiter adhibaturi, significemus, nobis vagus non amplius manet (§. 222.), adeoque cessat ratio obscuritatis (§. 224.), per consequens

si res pe
rum hie
m gra
necus, ab
at ac pnd

e perinaci
mugi
ca, ab
vero, vna
ittima
, qui
adeo in
ontextu
dicant
cafa
e via

ci, & m
p pra
m hie
§ 211
larior
Non
e quia
uctu
ae, & a
itatem
mones
ous

lamin
ero hie
icaru
ificens
, ade
er con
qua

qu
pe
mi
L
\$
(\$
elle
res
pe.
dep
min
l

\$
caut
\$
perfi
ter
N

\$
lina
fig
qu
fala
tur
qua
ni
C

quens termino, qui alioquin est vagus, vti salua perspicuitate licet, si eius significatus rite determinetur.

De aequiuocis & communibus ab vno idem est di- Schol.
cendum.

§. 226. Termini vagi aequiuoci sunt vitandi (§. 224.), adeoque vnius termini vnicus tantum esse debet significatus (§. 222.). Hinc quaelibet res, de qua sermonem institui interest, termino peculiari indigitanda. Vbi ergo in lingua non deprehenduntur termini adhiberi apti: licet terminos novos condere, siue ἀνομασποισίν.

Idem est, quod demonstrauius, cum eo quod alii Schol.
dicunt: quae differunt in re ipsa, siue in intellectu, diuersis quoque nominibus siue terminis sunt insignienda. Nihil obstat, quod voces recens quippe formatae CICERONI vel aliis purioris latinitatis auctoribus non innotuerint: modo enim faciant ad perspicuitatem.

§. 227. Elegantia locutionum interdum est Exper.
caussa, cur sensus paulo difficilius erui possit.

§. 228. Elegantia itaque nonnunquam impedit Consect.
perspicuitatem (§. praeced. & 210.), consequenter eo casu est fugienda (§. 211.).

Neutiquam vero in ea sumus haerens, elegantiam Schol.
omnem esse fugiendam; sed illo tantum casu, vbi perspicuitas non aequae potest obtineri, si elegantiae velimus studere.

§. 229. Termini vulgares sunt, qui a quolibet Definit.
linguae gnaro adhibentur in ea, quae ponitur significatione; artificiales autem, siue technici, qui in artibus tantum atque scientiis occurrunt, saltim in ea significatione, quae illis tum tribuitur. Nomine rerum a philosopho discretarum, quarum vulgo differentia non attenditur, termini philosophici dicuntur.

Coruini Logica.

F

Ter-

Coroll. Termini itaque philosophici sunt technici (§. praeced.).

Theor. §. 230. Cum rei cuiuslibet, ab aliis diuersae, nomen diuersum sit imponendum (§. 226.), non raro autem in artibus & scientiis res occurrant, in vita vulgari nominibus nondum insignitae (per exper.): *termini technici, speciatim in philosophia, termini philosophici vni sunt construendi.* Et quia essentialia nomina accidentalibus sunt praefenda (§. 230.): *nomina essentialia potius quam accidentalia sunt formanda.*

Definit. §. 231. *Terminus proprie* sumitur, siue est *proprius*, si adhibetur de obiecto, cui significando est *primus* destinatus; & idea illius rei, cui indigenda terminus est destinatus, est *significatus eius proprius* siue *natiuus*. Quod si vero terminus denotat obiectum, quod suum iam terminum proprium habet, & cui significando non erat primus destinatus, ob similitudinem quandam, quae illi cum hoc intercedit, *terminus sumitur improprie*, siue est *improprius & analogicus*; & idea illius obiecti, de quo propter similitudinem quandam cum illo obiecto, quod proprie denotat, usurpatur, *significatus improprius, tropicus, translatus*, siue *metaphoricus* audit.

Theor. §. 232. Saepius termini, significatu proprio vulgari iam praediti, in disciplina vel arte quadam alii prorsus idea destinantur; quid quod non raro terminus in hac arte vel scientia huic obiecto destinatus, in alia alii rursus significando destinatur (per exper.); per consequens *vnus terminus plures possunt esse proprii significatus* (§. 231.).

Consect. §. 233. Talis ergo terminus est aequiuocus (§. 222.), adeoque non adhibendus (§. 224.), nisi significatus eius sufficienter sit determinatus (§. 225.).

1. In quoque dicitur...
2. p. dicitur...
3. dicitur...


11. dicitur...
12. dicitur...

13. dicitur...
14. dicitur...
15. dicitur...

- 2. D. dicitur...
a. dicitur...
b. dicitur...
c. dicitur...
d. dicitur...

16. dicitur...
17. dicitur...
18. dicitur...
19. dicitur...
20. dicitur...

In quavis locutione tropica ratio translationis est



§. 234. Si terminus improprie adhibetur, non Theor.
 quilibet facile perspicit, quisnam eius sit significa-
 tus, imo fieri potest, vt alter illum proprie sumi
 existimet, vel saltim quousque similitudo se exten-
 dat, ignoret (per exper.). *Termini ergo improprii*
efficiunt obscuritatem (§. 210.), per consequens,
quantum fieri potest, sunt fugiendi (§. 211.).

Poterat idem exinde demonstrari, quoniam termini Schol.
 improprii, vtpote plures vno significatus habent-
 tes (§. 231.), sunt aequiuoci (§. 222.), adeoque
 fugiendi (§. 224.).

§. 235. Interim, si terminus improprius antea Theor.
sufficienter sit explicatus, vt perspici facile queat
 significatus, quem nos eidem attribuere velimus:
 ratio cessat obscuritatis (§. praeced. & 210), per
 consequens eo casu terminis vti impropriis lici-
 tum est. Tum enim reuera mutantur in pro-
 prios (§. 231.).

Non statim existimandum est, quod terminus, qui Schol.
 in vita communi hoc vel illo significato sumitur,
 ideo in disciplinis, vbi paulo adhibetur aliter, sit
 improprius. Patet hoc ex (§. 232.).

§. 236. *Vsus loquendi est significatus vocum* Definit.
 in communi sermone proprius. *Receptus ter-*
minorum significatus est significatus eorum in
disciplinis vel artibus proprius.

Conuenit, quod dictum, cum eo, quando alii philo- Schol.
 sophi *usum loquendi in ciuilem seu vulgarem &*
rechnericum, siue artificialem distinguunt.

§. 237. Qui ergo vocibus iungit ideas rerum Conf. I.
 earundem, quam in communi sermone fieri solet,
 obseruat usum loquendi; & qui illis tribuit ideas
 eorundem obiectorum, quibus in disciplinis vel
 artibus destinantur, e recepto terminorum signi-
 ficatu non recedit (§. praeced.).

§. 238. Licet itaque vnus notionem distinctam Conf. II.
 F 2 aliam

aliam eiusdem rei cum termino connectat, quam alter, vel etiam vni confusa tantum illius obiecti termino significati sit idea, cum alter distinctam, imo completam & adaequatam animo concipiat: hic tamen vsum loquendi, vel receptum terminorum significatum non deserit (§. praeced.).

Exper. §. 239. Si verbis nostris alias res indigitamus, quam quae vulgo iisdem denotantur, mentem nostram vel prorsus non, vel saltem difficulter, alter assequetur, prouti nimirum, vel nullam dedimus ideam, vel si dedimus, idea, quam nos cum termino coniungimus, animo alterius; vt-pote insolita, non semper obuersatur.

Conf. I. §. 240. Vbi ergo vsum loquendi vel receptum terminorum significatum neglexerimus, perspicuitati contrarium admittimus (§. praec. & 210.).

Conf. II. §. 241. Per consequens ab vso loquendi & recepto terminorum significato recedendum non est (§. 240. & 211.).

Probl. §. 242. *Vt vsus loquendi & receptus terminorum significatus rite possit inuestigari,* 1) solliciti esse debemus de casibus quibusdam, vbi vox illa adhibetur, 2) ope attentionis & reflexionis distinguamus in eiusmodi casu, quae distingui possunt, & 3.) examinemus, quaenam sint illa, quae nos moueant potissimum, cur ista voce vtamur, & vtrum vocem illam effemus adhuc vsurpaturi, si haec vel illa circumstantia abesset, an ne? Hac enim ratione inuenimus ideam ordinariè cum voce ista coniungi solitam, per consequens vel vsum loquendi vel receptum termini significatum (§. 236.).

Schol. Cum voces non raro aliud omnino denotent, quam quidem illarum origo & etymologia suadere videtur (per exper.): in significatus inuestigatione ad etymologiam haud tuto prouocare licet. Certi esse non possumus, vtrum illi, qui significatum ter-
mine

mino imposuerunt, ad etymologiam respexerint. Interim si nihil aliud sit in promptu, vnde vocis significatus erui possit, v. g. si vnica tantum vice terminum quendam adhibitum inueniamus, etymologiam respicere licet.

§. 243. *Categorema*, siue *terminus categorematicus* est, qui per se iam determinate aliquid denotat. *Syncategorema*, siue *terminus syncategorematicus* vocatur, qui per se nihil determinate significat, siue non habet plenam significationem. *Terminus mixtus* est, qui & *categorema* & *syncategorema* inuoluit. *Terminus rectus* dicitur, qui aliquid significat sine relatione; *obliquus* qui aliquid significat cum relatione quapiam, per quamdam cum casu recto mutationem.

Definit.

F. in casu recto sunt.

F. in casu obliquo sunt.

§. 244. Termini ergo syncategorematici & obliqui, solitarie positi, intelligi nequeant (§. praeced.), adeoque eatenus ab iis cauendum (§. 211.). Quodsi vero ea adiungantur, quae significationem completam reddunt: obscuritas tollitur (§. praeced. & 210.), consequenter ea ratione admitti possunt.

Consect.

§. 245. Termini eiusdem linguae eandem rem denotantes, vocantur *synonyma* seu *termini synonymici*, per se aequipollentes, per se reciproci. Et quidem *synonyma perfecte talia* vocantur, quae plane eandem ideam denotant; quae vero ex parte tantum, i. e. vt diuersi respectus, gradus, vel aliae circumstantiae connotentur, adpellantur *synonyma respectiue talia*.

et quoad eundem rationem habent
Definit. eorum eodem modo

§. 246. Si vna eademque res terminis, seu nominibus variis gaudet, facile contingit, vt alter hunc alter alium terminum adhibeat, quo illam rem significat, adeoque alter alterius mentem non facile perspiciat, quamuis linguae gnarus.

Exper.

§. 247. Per consequens, si eiusdem plane rei in eadem lingua plura sint nomina, officit perspicuitati

Conf. I.

tati (§. 246. 210.), adeoque vnius eiusdemque rei vnicum tantum in eadem lingua sit nomen (§. 211.).

Conf. II. §. 248. Ergo perfecte synonyma sunt vitanda (§. praeced. & 145.).

Schol. Synonyma respectiue talia recte admittuntur, cum non idem perfecte denotent (§. 245.), diuersa autem diuersis nominibus sint insignienda (§. 226.).

Definit. §. 249. *Terminus vsitatus* vocatur, cuius significatus notus; *invsitatus* opposita ratione est declarandus.

Confect. §. 250. Termini itaque invsitati perspicuitatem impediunt (§. praeced. & 210.), per consequens, quantum fieri potest, sunt vitandi (§. 211.).

Schol. Possunt autem euitari, si termini adsint alii vsitati. Sin vero tales deficient, cum tamen res quaelibet suo termino sit insignienda (§. 226.): invsitatis vti licet, sed hac conditione, vt sufficienter declararentur ideae, quas denotant. Sic enim obscuritatis ratio euanescit. Nec est, quod quis obii-
ciat: hoc modo semper adhiberi posse terminos invsitados. Cum enim aliis eiusmodi termini sint inconfueti, negotium illis creabunt, atque difficultatem, donec imprimant animis suis significatum, cum in promptu sint termini vsitati (per hypoth.), consequenter tales, quos longe faciliiori opera intelligere potuissent.

Confect. §. 251. Consultum ergo non est, vt termini, qui in desuetudinem abierunt, absque necessitate, siue vbi alii suppetunt, in vsum reuocentur, vel etiam noua rebus vocabula imponantur absque ratione, h. e. cum nihil noui sit inuentum, & termini recepti, quibus res potuisset adpellari, iam sint in promptu (§. praeced.).

Schol. Posterius vitium multis eruditorum admodum est vsitatum, siquidem noua non raro rebus imponunt nomina, vel *ex ignorantia*, quoniam illos fugiebat

demque
noma

vitanda

ntur, cur
uerla n
(S. 206.
ius fige
ne est d

uitate
seques
211.)

lii vine
quallib
i iuine
nter d
m oba
quis de
termini
terna
nt. arge
uis lig
rati (e
ge tas

ermia
ellitate
ur, vel
absque
m, d
bellas

um et
impe
n illa
ieba

Q
b
n

ce
ce
lic

du
ru
ter
(
vel
bas
ver
ge

ur
gi

fugiebat rebus istis sua iam esse nomina; vel ex ambitione vana, ut noui quid inuenisse viderentur, cum tamen nihil egerint, nisi quod denominationem aliam rei tribuerint.

§. 252. Si vox, quae in desuetudinem iam abiit, denuo in medium producitur, sine necessitate, *archaismus*; si vero nouus fingitur terminus, ubi opus non erat, *καιροφωρία* locum habet. Definit.

Fugiendam ergo esse *καιροφωρία* & archaismum patet (§. praeced. & 251.). Consect.

Aliud praeterea est incommodum, si noua alicuius rei fingere velimus nomina absque ratione. Memoriae nimirum atque imaginatloni negotium creamus sine necessitate; tum enim plura nomina sunt addiscenda, ut & illos, qui veteribus & illos, qui nouis vruntur nominibus, intelligere queamus. Schol.

§. 253. *Ακυρολογία* committitur, si voci, quae determinato iam significato praedita est, tribuimus alium, quem nos genuinum esse existimamus. Definit.

In *Ακυρολογία* ergo vsus loquendi, vel receptus terminorum significatus deseritur (§. praeced. & 236.), per consequens ab eadem nobis sollicitate caueamus necesse est (§. 241.). Consect.

§. 254. *Ευιταυρος ακυρολογίας*, inquirat seculo in vsum loquendi, vel receptum terminorum significatum (§. 242. 253.) eidemque tenaciter inhaereat. Probl.

§. 255. Si vox vna, vel incondita formatione, vel pronunciatione corrumpitur, *barbariem* siue *barbarismum* locum habere dicimus: *soloecismus* vero obtinet, ubi plures voces per vitia contra grammaticam corrumpuntur. Definit.

§. 256. Barbarismi proinde ac soloecismi efficiunt obscuritatem (§. 255. 210.), adeoque sunt fugiendi (§. 211.). Consect.

F 4

§. 257.

- Exper. §. 257. Significatus terminorum non raro per nexum cum aliis, praesertim in propositione, determinatur.
- Definit. §. 258. Terminus dicitur *supponi*, cum in propositione pro significato quodam determinatio accipitur. *Suppositio* est acceptio vocis pro significato in propositione determinato.
- Schol. Doctrina Aristotelicorum de suppositione insignis est usus. Alia ut taceam, facit cum primis ad multa a se invicem discernenda, quorum discrimen alii non animadvertunt.
- Theor. §. 259. Quia nemo temere contradictionem admisisse praesumendus est: *talia sunt subiecta, qualia esse permittuntur a suis praedicatis* (scilicet notioribus), & *talia sunt praedicata, qualia permittuntur esse a suis subiectis*, (notioribus).
- Schol. Nondum equidem, quid *subiectum* & *praedicatum*, explicatum est in praecedentibus; sed contenti hac vice notionibus confusis; distinctas in sequentibus suppeditabimus.
- Definit. §. 260. *Materia termini* siue *materiale* illius, vocatur ipse sonus, siue litterae & syllabae. *Forma vero* seu *formale termini* est id, quod dat termino, ut sit terminus, siue significatus eiusdem. Si terminus sumitur pro materia sua, locum habet *suppositio materialis*; si pro formali, *suppositio formalis*.
- Schol. Omnem suppositionem accurate loquendo formalem esse, intelligi potest, ex §. praeced. & 258. adeoque materialem, quam vocant, prorsus non esse suppositionem. Vsu interim inualuit, ut ita adpelletur.
- Probl. §. 261. *Vt adpareat, utrum terminus in suppositione materiali, an in formali accipiat?* dispendendum est, an eidem praeponi queat τ vox seu

VOCATA

ad §. 63.
Suppositio termini per se communis s. singularis est s. communis. ex. filius hominis re-
milit peccata. Filius hominis est terminus per se communis, ab eo fit verbum & traffort
quifam & infanz in suppositione plura singulari ignominia

ad §. 265.
a. c. Theologus est peccus: Caius est Theologus: E. Caius est species Species
non existit: Caius est peccus: E. Caius non existit. Man frat non definit
ino in am am argumento varia in traffort, est in propositione est at theologus
pro ca communi h. c. in suppositione simplici, in minore ab pro quodam in traffort.
- re in individuo generis in traffort, h. c. in suppositione composita.

ad §. 267.
Sumi in statu: v. g. ego loquor.
in distractione: v. g. Titius scienter Titius cantat
in ampliatione v. g. mortui (h. c. qui mortui sunt et morientur in posterum)
sunt.

vocabulum, hoc enim si procedat, suppositio obtinet materialis, si minus formalis (§. 260.).

§. 262. *Suppositio propria & impropria* quid sit, Definit. patet ex (§. 231.).

§. 263. *Terminus singularis & communis* quid Definit. sit, explicatum est supra (§. 78.).

Exprimitur terminus singularis vel *peculiari nomine*, Schol.

quod tum *proprium* audit; vel *nomine communi*, sed ad *individuum determinato*, idque vel *per pronomen demonstrativum*, vel *per condiciones* aut *expresse adiectas*, aut *subintellectas*.

§. 264. Hinc patet, quid sit *suppositio singularis*, quidue *communis* (§. praeced.).

§. 265. *Terminus communis* adhibetur vel pro *idea ipsa communi*, quam denotat, vel pro illis entibus, quibus *idea ista communis* competit, siue pro inferioribus illius *ideae communis*. Si prius, sumitur *in suppositione simplici*; si posterius, *in suppositione composita*, siue *personali*.

§. 266. *Qui nosse cupit, utrum terminus quidam communis accipiat in suppositione simplici, an vero in personali?* tentet, an termino praefigi queat *idea communis*. Quod si enim hoc procedit, sumitur in suppositione simplici; si minus in composita (§. 265.).

Suppositionis personalis aliae rursus sunt species, Schol. quarum explicationem ad doctrinam de propositionibus referre animus est, siquidem in illa cum primis earundem vsus haud contemnendus conspicuus euadit.

§. 267. *Vox aliqua* vel sumitur pro eo tantum tempore, quod in verbo adiecto significatur; vel pro alio plane tempore, quam quod in verbo adiecto significatur, vel & pro eo tempore, quod in verbo adiecto significatur & pro alio simul. Si primum, terminus dicitur *sumi in statu*; si secundum *in distractione*; denique si tertium, *in ampliatione*.

- Schol. Alii paulo aliter hisce vtuntur nominibus. Ceteroquin, quod nos vocamus statum, distractionem & ampliacionem, quidam adpellant *suppositionem in statu*, siue *statum suppositionis*, *suppositionem cum distractione*, siue *distractionem suppositionis*, *suppositionem cum ampliacione*, siue *ampliacionem suppositionis*; nec non si terminus sumitur in statu, *stricte*, vel *restrictè accipi*, siue *statum habere dicitur*: si in distractione, dicitur *distrabi*, *cum distractione*, siue *distracte accipi*. Tandem si in ampliacione adhibetur, *ampliari*, seu *cum ampliacione & ampliatiue sumi*.
- Theor. §. 268. Perspicuitati potissimum est inferuendum (§. 211.), hinc *circa suppositionem diuersam, statum, distractionem & ampliacionem ita est versandum, vt perspicuitas suprema lex sit.*
- Exper. §. 269. Si sermo aliquis ambiguus est, non raro fit, vt vnus alium concipiat sensum quam alter, adeoque quilibet sensum alterius illegitimum esse sibi persuadeat, consequenter eum impugnet, licet in ipsa re vterque conueniat.
- Definit. §. 270. Verborum contradictiones, sensu eodem manente, dicuntur *logomachiae*.
- Schol. *Logomachia generatim* significat quamcunque de re exigui momenti controuersiam; paulo *strictius*, controuersiam de voce quadam; quae nonnunquam minoris, nonnunquam maioris esse potest ponderis. *Plerumque* tamen denotat id, quod diximus in §pho.
- Confest. §. 271. Ex ambiguitate ergo sermonis, aequiuocationibus, & generatim quacunque obscuritate facile oriri possunt logomachiae (§. praec. & 224. seqq.).
- Schol. Obscuritas illa non raro adfectata est interdum, magnisque ingeniis propria. Possunt quoque ipsi *audientes* sermonem, vel *legentes* causa esse logomachiarum, vel *propter ignorantiam* ac *stupiditatem*

s. Cete
rechinan
fuerit
fuerit
fuerit
ue agit
nus iam
ue sum
re agit
Tano
feu m

nteruen
lucrysa
a est ro

non n
m qua
ille
eum m
t.

ecob
que de
fir. as
nonnu
te p
l, qu

agru
obliant
orac. d

terden
ogre p
ue leg
stano
cau

28. 270.

Logomachian m. n. d. g. l. m. l. a. t. i. n. i. s. controversiam uerbi.

Terminus familiaris est, quem quoties recurrit, toties prompte intelligimus

D. p. 276.

tatem, vel ob defectum attentionis, praecipitanziam, tractationem rerum tumultuariam & fugitiuam; vel ob vitia voluntatis, quod studio mentem alterius genuinam se non perspicere videri velint, idque aut inuidia ducti, aut studio controuertendi, vel lucri cupiditate correpti, aut odio aduersus alterum flagrantēs &c.

§. 272. *Euitari itaque possunt logomachiae*, si Probl. obcuritatem omni studio fugiamus, mentemque nostram sufficienter explicemus, lectores autem, vel auditores identidem, quantum in ipsis est, logomachiarum causas tollere studeant (§. praeced.).

Conferri meretur egregia WERENFELSII dis-Schol. sertatio, de logomachis eruditorum, Amstel. 1702. 8. & alibi edita.

§. 273. *Distinctio*, est significatio diuersorum Definit. alicuius vocis significatum.

Vocatur etiam *diuisio nominis*, idem *distributio*. Schol.

§. 274. Ope distinctionis ergo, eiusque adpli- Consect. cationis tolli potest ambiguitas sermonis (§. praeced.), adeoque est medium, cuius beneficio logomachiae possunt euitari, atque illis finis imponi (§. 272.).

§. 275. Quoniam distinctio instituitur, vt per-Theor. spicuitati consulatur (§. praeced.), omnia ea in *distinctione* sunt vitanda, quae perspicuitati officiant, adeoque *abstinendum* est in illis a *sonis sine mente, terminis ambiguis, impropriis, syncategorematicis, iniuratis, barbaris* &c.

§. 276. Distinctio eam ob causam admittitur, Probl. vt adpareat, quinam sint diuersi alicuius vocis significatus, & quisnam ex illis hoc vel illo loca obtineat (§. 273.). *Illud vero, vt fieri commode queat*, non semper requiritur, vt notiones completae ac determinatae diuersorum illorum signifi- fica-

ficatum suppeditentur, modo adferantur voces aliae notiores, quarum ope illi significatus satis clare menti se offerant.

Schol. I. Quae adhuc pluribus sunt dicta de perspicuitate, & exinde deducta, de *perspicuitate intellectuali*, seu ubi tantum veritatis habetur ratio, quale quid in scientiis, cum primis philosophia deprehenditur, esse intelligendi, quilibet sine negotio videt. Possunt ergo prolata ad *stylum philosophicum*, applicari. Omnia enim adhuc exposita de illo valent. Alioquin de *perspicuitate sensuali* solet quoque institui sermo, quae in eo consistit, ut res viuide repraesententur. Decet haec oratores atque poetas, & admittit locutiones tropicas, aliasque nomina eiusdem rei plura &c. Hi enim non tantum, ut veritatem proponant, sed simul ut delectent, sermonem instituere solent; philosophus autem, vel generatim scientiis deditus non aliud intendit, nisi ut veritatem adeo clare, quantum fieri potest, exponat.

Schol. II. Logici adhuc alia nonnulla de terminis monere solent, quae hic paucis sumus comprehensuri. *Terminus nobis* dicitur *familiaris*, quem nos intelligere existimamus, licet ideam per illum significatam obscure tantum nobis repraesentemus. Quoniam scilicet, si termino saepius utamur & ideam ei respondentem animo aliquoties recolamus: deinceps, termino denuo occurrente, non amplius de idea, quae illi respondet, sumus solliciti contenti quippe, quod meminimus, nos olim respondentem illi notionem considerasse, & per consequens non esse vocem mente cassam. Hinc, linguae alicuius gnari, multa breui tempore proferre possumus verba, non attendentes seorsim ad cuiuslibet significatum. Quod si vero termini nobis familiares non sunt, iis occurrentibus circa significatum haeremus, adeoque non nisi lento gradu possumus progredi in aliquo scripto legendo, itemque si cuius loquentis sermonem velimus intelli-

rantur vo
nificatus h

spicuitate
intellectuali.
quale que
prehenda
negotio rā
sophicū
ta de illo
ali selecta
lit, v. rā
rarores rā
as, aliā
li enim
simul
philosoph
s non a
e, quan

moneri
iuri. b
pos in
signi
nus. c
& idē
oliam
amp
citi
olū
x pe
fū
re pr
lim
ni no
s circa
lenr
eget
imus
elli

intelligere eo casu, tarditatem is in loquendo sibi habeat commendatam, necesse est. *Terminus comparatus* vocatur, qui ex alterius ideae observata identitate aut diuersitate aliquid in suo significato continet. *Terminus*, in quo id locum non habet, *absolutus* audit. *Terminus finitus* est, qui expressa negatione certum quid significat. *infinitus*, qui per additam negationem certam significationem destruit, mentemque in captanda idea relinquit vagam. Vnde adparet terminum infinitum non definire certam speciem rerum, adeoque indefinitum rectius fuisse adpellandum. *Vox media* seu *vocabulum minus* est terminus, qui mox in bonam, mox in malam partem accipitur.

Haec sufficiant de terminis, & generatim cognitione Symbolica. Celeb. quidem WOLFIVS in Compendio logico hanc doctrinam subiunxit demum doctrinae de definitionibus, sed methodus postulavit, vt opposita ratione incederemus, quod ex sequentibus elucebit; vnde ipse illustr. Auctor in logica maiori eundem ordinem observavit. Progredimur nunc ad

Schol.III.

CAPVT III.

DE

DEFINITIONIBVS.

S. 227.

Idea obiecti cuiusdam determinata, symbolice Definit. expressa, vocatur *definitio*. Ipsum vero obiectum, cuius definitio datur, dicitur *definitum*.

Vox definitio sumitur interdum generatim pro quacunque termini cuiusdam explicatione, vt definitio quoque dicatur, si modo terminum alium magis notum, quo res significari solet, adducamus. Hic exulat generalissimus ille significatus. Id, quod

Schol.

Id, quod nos simpliciter vocamus *definitionem*, alii adpellant *definitionem applicatam*, nec non *terminum definitorem*. Loqui enim praeterea solent de *definitione applicante*, si nimirum propositio formatur, in qua definitum est subiectum, & definitio, (applicata scilicet), praedicatum. Per *definitum* intelligitur aliquando terminus significans obiectum, cuius definitio supeditata est.

Consect. §. 278. Qui ergo definitionem conditurus est, & ideam determinatam definiti debet formare posse, & cogitationum symbola, quibus eandem exprimere queat, cognoscere (§. praeced.).

Theor. §. 279. Idea rei determinata est completa (§. 55.). Cum ergo *definitio* sit idea definiti determinata (§. 277.), est *idea definiti completa*, consequenter 1) *modi*, siue accidentia praedicabilia definiti, eandem ingredi non possunt (§. 52.), neque 2) *formari potest per essentialia, vel attributa, tantum communia* (§. cit.), sed 3) *aut per omnia definiti essentialia, aut per attributum aliquod proprium, aut per tot communia, ut ex omnibus essentialibus fluant* (§. 53.); sit 4) *cum-definito suo reciproca* (§. 61.), siue *adaequata suo definito* (§. cit. Schol.), Itemque 5) *non debet esse abundans* (§. 57.).

Theor. (§. 280. Linguae sunt arbitrariae (§. 177.), & quae ad eam pertinent, mutabilia (§. cit.). Quae ergo definiti praedicata a linguae genio desumuntur, sunt modi eiusdem (§. 3.), per consequens definitionem ingredi non debent (§. praeced. n. 1.).

Theor. §. 281. Inferiora definiti non sunt illius essentialia, vel attributa (§. I. & P. §. 61.), per consequens definitio non debet formari per inferiora definiti (§. 279. n. 3.).

Schol. V. g. Si genus quoddam est definiendum, non licet in definitione species illius enumerare. Quia si re-

ionem,
c non
eterca
pro-
tubic-
aedica
termi-
o sup

rus est
ormare
andem
)
mpleta
i deter-
confo-
cabula
, neque
a, in-
na de
od pro
is-
fioris
de-
est ab

& que
re ergo
ex ar,
cip-
a. l.)
eltes
confo
p. s. de

in hoc
la hie
66

U
Z
R
d
id
P
E
R
S
P
P
C
24
R
O
C

consentur inferiora alicuius superioris ideae, facta esse dicitur diuisio: alii hanc regulam definitionum sic enunciant: *definitionem non debet ingredi diuisio, siue membra disiunctiua ex definitione exulent.* Facile adparet, si particulae copulatiuae adhibeantur in definitione, vt inferiora definiti enumerentur, id non magis esse tolerandum. Dantur quidem inter logicos, qui omnes omnino particulas copulatiuas e definitionibus eliminandas putant; sed non adeo sollicite istud obseruant recentiores. Licet enim consulum sit, huic etiam regulae vt satisfaciamus, si fieri commode queat, ne scilicet definitio in partes diuidatur: nihilominus, si quis id negligat, pro insigni vitio reputandum non esse videtur.

§. 282. *Si emendare velimus definitionem per membra disiunctiua formatam:* comparanda inuicem sunt illa membra, & commune, siue generale abstrahendum est, eorumque loco substituendum. Ita enim praedicatum habemus, quod ideam superiorem ingreditur. Probl.

§. 283. *Definitio latior est, quam definitum,* si, aliis quoque competit, quibus non competit definitum. Quod si non omnibus illis obiectis competat, quibus competit definitum, *definito suo est angustior.* Definit.

§. 284. *Definitio suo definito esse debet reciproca* (§. 279. no. 4.) adeoque omnibus illis competere, quibus competit definitum, iisque solis (§. 61.). *Definitio ergo neque latior, neque angustior esse debet suo definito* (§. pracc.). Theor.

Potest aliqua definitio simul esse latior & angustior suo definito, v. g. si quis *hominem* definiat, quod sit ens vsu rationis praeditum. Schol.

§. 285. Si res quaedam diuersorum graduum capax definienda sit, & eandem rem in supremo gradu definiamus: definitio ista reliquis gradibus non conueniet; per consequens non omnibus illis Theor.
ob-

obiectis competet, quibus competit definitum, adeoque definitio ita euadit suo definito angustior (§. 283.). Quod cum repugnet definiendi regulis (§. 284.): *res diuersorum graduum capax, si definienda sit, non gradus illius supremus defini debet, sed potius ab omni gradu est abstrahendum.*

Schol. Logici antiquiores sequentem definiendi regulam vrgere solebant: *communia ab vno diuersorum graduum in supremo gradu sunt definienda.* Rationem allegabant, ne homo, si certi limites perfectionum ponerentur, sibi persuaderet, se non posse progredi ulterius: hoc enim euitatum iri arbitrabantur, si definitio gradus supremi construeretur. Posset hinc defendi definitio *philosophiae* Illustr. WOLFIO olim vtitata, quod sit scientia *omnium* possibilium, cur et quatenus sunt possibilis, quod etiam re ipsa monuit logicae min. Praelim. §. 9. Interim de tota re, quid sit sentiendum, ex dictis patet.

Theor. §. 286. Quoniam definitio non debet esse abundans (§. 279. n. 5.): *vt nihil in eandem sit inferendum, nisi vel omnia essentialia simul sumta, vel attributum proprium unicum (§. 58. 60.); & praedicata se inuicem determinantia ex eadem exulent necesse est (§. 59.).*

Coroll. Definitio ergo adeo brevis sit oportet, quam fieri potest.

Schol. Consultitur ita & memoriae & rationi.

Theor. §. 287. Species constat ex genere proximo & differentia specifica (§. 93.). Si ergo species sit definienda, & genus sumatur proximum vna cum differentia specifica, habemus ideam speciei illius, quae nec pauciora; nec plura continet praedicata, quam requiruntur, ad eandem semper ab omnibus aliis obiectis distinguendam, per consequens ideam illius speciei determinatam (§. 54.); adeo-

chaitua
to ange
innocentia
nam de
supremu
et est de

regulan
orum
Rationes
perfecte
non p
ri arbor
trueret
tae illas
ca esse
illa, qu
lim. ti
ex ist

esse
de his
fin
So.)
et est

e, que

imo de
ecresit
nu cum
si illa
e pro
emper d
e cons
s. s. l
adeo

ad
ciu
m
re p
D

f.
ficien
s.
prim
ante
211.
regu
at, i
f.
uenit
salua
tine
est.
s
sunt
qui
c

adeoque si symbolice exprimatur, definitionem eius legitimam (§. 277.), ergo per genus proximum atque differentiam specificam species accurate potest definiri.

Dantur logici, qui, quod in §pho demonstratum est, pro regula definiendi necessario obseruanda venditant; sed minus recte. Necessarium enim illud esse, demonstrari nequit. Interim negandum non est, si fieri possit definitio per genus proximum & differentiam specificam, illud facere ad claritatem, siquidem ea ratione statim patescit, in quibusnam definitum cum aliis conueniat, vel discrepet ab iisdem. Praeterea si genus remotum in definitione velimus collocare, aut differentiae omnes intermediae erunt omit-tendae, quod facile efficit, vt definitio fiat latior suo definito; aut singulae enumerandae, quod vero definitionem nimis prolixam reddit. Vnde consultum omnino duxerunt logici, vt definitio, si fieri queat per genus proximum & differentiam specificam formetur.

§. 288. Definitiones rerum formamus, vt sci- Exper. ficienter claram ideam animo concipiamus.

§. 289. Cum ergo definitio symbolice sit ex- Conf. I. primenda (§. 277.), praesertim ope terminorum: ante omnia perspicuitatis ratio est habenda (§. 211.), adeo, vt si alia ex adhuc adlatis definiendi regulis salua perspicuitate obseruari haud queat, illa potius huic sit postponenda.

§. 290. Ergo vbi membra disiunctiua non poterit remoueri ex definitione, perspicuitate salua, nec breuitas sine obscuritate quadam obtineri: perspicuitati potius, quam istis regulis est inseruiendum. Conf. II.

§. 291. Cum perspicuitate consistere non possunt termini inanes (§. 215.), ambigui siue aequiuoci (§. 224.), improprii (§. 223.), neglectus
Cornu Logica. G vsus

usus loquendi & recepti terminorum significatus (§. 244.), termini syncategorematici solitarie positi (§. 244.), univocati (. 250.), per consequens in definitione quacunque ab his omnibus est abstinendum (§. 289.).

- Schol.** Observandum tamen hic est, quod §. 225. 235. 244. & Schol. ad §. 250. de licito interdum usu terminorum alias acquiuocorum, impropriorum, syncategorematicorum & inulitatorum caute monitum est.
- Theor.** §. 292. Definitio eum in finem suppeditatur, ut idea sufficienter clara in animis nostris exciteatur (§. 288.). Cum autem hoc fieri non queat, ubi definitio aequae fuerit ignota, quam definitum: *definitio quaelibet notior est suo definito.*
- Consect.** §. 293. Definitum ergo non debet ingredi definitionem (§. praeced.).
- Schol.** Potest idem canon sic demonstrari: definitio continere debet terminos praedicata definiti significantes, definitum vero est ipsa res vel terminus definiendus, per consequens non denotare potest praedicatum, seu characterem definiti, adeoque definitum exulare debet ex definitione.
- Consect.** §. 293. Per consequens, neque synonymum definiti definitionem ingredi debet (§. praeced.).
- Definit.** §. 294. *coniugata* sunt termini ratione originis conuenientes.
- Exper.** §. 295. Qui vnum ex coniugatis non sufficienter intelligit, eidem alterum quoque aliquam obscuritatem creabit.
- Consect.** §. 296. Nisi itaque vnum ex coniugatis iam fuerit definitione explicatum, illud definitionem alterius coniugati ingredi nequiquam potest (§. 289.).
- Theor.** §. 297. Si definitum fuerit terminus complexus, constans ex termino generis & differentiae specificae, *terminus genus denotans*, quod si in antecedentibus iam fuerit explicatus, licet ingrediatur

cu
tu
te
fi
fu
qu
ius

tur definitionem, obscuritatis causa non est, adeoque eo casu legitime potest fieri.

Quin contingere potest, ut totus terminus complexus, saltem per coniugata, definitionem ingrediat, si in antecedentibus obscuritatis causae sint sublatae, v. g. si antea fuerit explicatum; quid sit *pietas*, quid *homo*, impune *homo pius* definiri potest, quod sit homo pietate praeditus. Schol.

§. 298. Cum definitio reciproca esse debeat Theor. cum suo definito (§. 279. no. 4.), & definitio tantum explicet definitum (§. 277.): vnum loco alterius tuto semper absque mutatione potest substitui, consequenter *definitio & definitum reuera sunt eadem* (P. §. 1.).

§. 299. *Circulus in definiendo* committitur, Definit. quando in definitionem terminus adsumitur, cuius definitionem rursus ingreditur definitum.

V. g. Si *superior* definiatur per illum, qui habet Schol. ius ferendi leges, & *lex* iterum per iussum superioris obligantem. Nonnunquam circulus in definiendo est manifestus, si nimirum definitum immediate adhibetur ad declarandum terminum in definitione occurrentem, uti in adlato exemplo saepissime autem circulus iste tectus est, siue occultus, si definitum mediate demum adhibetur ad characteris sui declarationem, ut non quidem ingrediat explicite characteris definitionem, sed in hac characteris definitione terminus occurrat, qui rursus per prius illud definitum declaratur. Non raro progrediendum est ad secundum, tertium immo ulteriores ad adaequationis gradum, ut eiusmodi circulus in definiendo detegatur. Hinc facile admodum fieri potest, ut aliquis, cum primis, si res diuersis tractentur temporibus, in circulum in definiendo, praesertim occultum, incidat.

§. 300. *Definitio & definitum semper pro se* Theor.

G 2

inui-

inuicem possunt substitui (§ 298.). Definitio ergo praedicati, in definitione quadam occurrentis, loco illius praedicati in hac definitione potest collocari. Quodsi itaque definitionem alicuius termini, in alia definitione occurrentis, rursus ingrediatur huius definitum: reuera definitum suam definitionem ingreditur. Quod cum sit absurdum (§. 293.): definitum non debet ingredi definitionem termini in sua definitione occurrentis, siue *in definitione non debet occurrere terminus, cuius definitionem rursus ingrediatur prius definitum.*

Consect. §. 301. Circulus itaque in definiendo est vitandus (§. 300. & 299.).

Schol. Alia ratione idem canon sic demonstratur: terminus definitionem ingrediens notam definiti significare debet. Iam, si illius termini definitionem rursus ingreditur definitum, hoc nota constituitur notae sui ipsius, siue ex ipso definitio id agnosci debet, vnde definitum erat agnosendum, adeoque definitio ante non potest intelligi, quam ipsum definitum intellexeris. Quod cum sit absurdum: circulus in definiendo non debet admitti.

Definit. §. 302. Quod regulae repugnat, dicitur *vitium.*

Consect. §. 303. Si ergo circulus in definiendo committitur, vitium in definitione latet, siue circulus in definiendo est vitiosus (§. praeced. & 301.).

Theor. §. 304. Cum definitio clara esse debeat, atque perspicua, terminique in eadem occurrentes obscuritate non laborare (§. 289.): necesse est, vt *nullus in definitione adhibeatur terminus, nisi qui vel satis clarus esse tuto potest supponi, aut ex vita communi, aut ex disciplina alia, quae secundum studendi methodum illi, in qua versamur, necessario est praemittenda; vel ipsimet in praecedentibus eius definitionem suppeditauerimus.*

In

nitio et
rrentis
potest
alicuius
rursus
definitus
cum f
lebet in
definitio
bet oia
us qz

est via

ar: ten
niti lig
defina
nota et
definitio
agnosce
t intellig
Quod et
o nota

re vicia
comen
irculari
of. l
ar: appo
mes ob
se est, n
nisi et
e ex m
ecunda
ir, nes
eccedo

u
fi
m
ni
(S
de
m

pr
ei
ren

So
qu
leg
fin

de
qu
tu

di
co
co

Si
alte
ob

re
qu

ta

In scientiis, ubi demonstrationes condi debent, Schol. saepius quoque tales terminos esse definitione declarandos, qui alioquin ex vita communi satis sunt noti, ex inferius dicendis patebit pluribus.

§. 304. In vita communi non omnia a se in- Theor. vicem discernimus, quae rebus insunt, praesertim si ideae sint abstractae (per exper.): hinc non mirum, quod deficient nonnunquam in communi sermone termini, unde noui sunt excogitandi (§. 226.). Hinc *feri non potest, ut in disciplinis definitiones non ingrediantur, nisi termini in communi sermone vsitati.*

§. 305. In definitione recenseri debent definiti Theor. praedicata (§. 277. & § 4.), consequenter quidnam ei competat. Termini vero infiniti & negatiui remouent tantum certa praedicata (§. 276. Schol. II.), siue illorum ope non cognoscimus, quid res sit, sed tantum, quid non sit; per consequens definitio per terminos negatiuos & infinitos formanda non est, siue *definitio non esse debet negatiua.* Interim si *duae sint notiones, quae, sub eadem notione contentae, sibi opponuntur contradictorie,* tertium membrum intermedium non datur (per princ. exclus. med.), per consequens res omnes sub illa notione communi comprehensae ad classem alterutram pertinent. Si ergo *unam istarum definiuerimus positiue,* de altera vero notio fiat, quae exprimit, esse illud obiectum ens illius generis, cui vero praedicata alterius speciei non conueniant, ope illius notionis res semper ab omnibus aliis potest distingui, adeoque hac ratione *definitio negatiua potest tolerari.*

Haec generatim de definitionibus fuerunt obseruan- Schol. da. Iam ad species definitionum progrediemur.

§. 306. - *Definitio nominalis* est idea determina- Definit. ta ipsius obiecti, symbolice expressa; *definitio realis*

realis vero siue *genetica* est idea determinata modi quo res fieri potest.

Schol.

Veteres intelligebant per *definitiones nominales*, quas-
cunque vocum explicationes, eoque referebant
etymologiam, *synonymiam*, & *homonymiam*; per
definitiones reales, illas, quae recentioribus no-
minales audiunt. His denique addebant *caus-*
ales, quae fere cum nostris realibus conuenie-
bant. Alii recentiorum definitionem nomina-
lem definiunt, quod sit enumeratio notarum, ad
rem definitam agnoscendam & ab aliis semper
discernendam sufficientium; realem vero, quod
sit notio distincta rei definitae genesis exponens.
Hos vero nobiscum conuenire, facile patet. Ce-
terum definitio realis longior interdum esse pot-
est, si scilicet multa ad rei genesis requiruntur,
licet nihil in eam sit adsumendum, quod non
constanter ad genesis obiecti pertinet. Regulae
definitionum in praecedentibus generatim de-
monstratae, valent & de definitione nominali &
reali, tanquam speciebus.

Definit.

§. 207. *Definitio essentialis* WOLFIO vocatur,
quae fit per essentialia definiti, siue in qua essen-
tialia enumerantur, per quae determinatur defi-
nitum; *accidentalis*, quae per attributa definiti
formata est, siue in qua enumerantur attributa,
(quorsum etiam sunt referendae modorum possi-
bilitates), quibus definitum determinatur.

Consect.

§. 308. Ex enumeratione essentialium, vel at-
tributorum obiecti non statim patet, quomodo
illud fieri queat, licet praedicata possint esse suf-
ficientia, ad obiectum semper ab omnibus aliis
distinguendum. Definitiones ergo & essentialis
& accidentales sunt tantum nominales (§. 307.
306.).

Theor.

§. 309. Omne ens habet essentialiam, & inde
fluencia attributa (per princ. Ontol.). Porro enti
fui-

terminati

inadequas
reterebant
miam; pa
rioribus no
bant cas
conuena
a nomina
otatum et
iis sempe
ero, qua
exponen
oret. Ge
m esse pe
quirunt
quod ut
Reges
traim e
omni:

vocant
qua esse
atur dei
dentia
terribum
m polu

et at
omodo
esse sui
ous alius
emiales
f. 377

& in
tro est
fuit

e
pe
C
pe
d
te
E

finitio cuiusque suus competit modus generis, DEVS vero, utpote ens infinitum existit absolute necessario (per princ. Metaph.). *Omne itaque ens per definitionem & essentialem & accidentalem (§. 307.), per consequens nominalem (§. 308.), potest declarari; itemque ens omne finitum capax est realis definitionis, DEVS vero non item (§. 306.).*

§. 310. Nos plurimarum rerum habemus tantum ideas confusas (§. 71.), nec non rerum multarum, quae generis quidem habent, modum generis ignoramus (per exper.), per consequens cum definitio nominalis debeat tamen esse idea completa (§. 306. & 55.), adeoque distincta (§. 50.) definitio autem realis explicet modum fieri (§. 306.), *vos multarum rerum definitiones nominales & reales suppeditare non possumus.*

Quod neque opus sit interdum definitione, licet eandem suppeditare possumus, patet ex §. 72. Schol. I. Licet enim magna foret nostri intellectus perfectio, si rerum omnium definitiones haberemus in promptu, nihilominus, quoniam saepius magis necessaria sunt tractanda, si modo notiones rerum habemus confusas, interdum contenti iisdem esse possumus, nisi ipsa res, eiusque tractatio definitionem postulent.

§. 311. Definitio obiecti nominalis formari potest, vel per essentialia eius simul sumpta, vel etiam per attributum aliquod proprium (§. 306. & 60.). Cum itaque unius obiecti esse queant attributa propria uno plura: unius eiusdemque rei plures definitiones nominales sunt possibiles, consequenter eligere possumus, quamcunque voluerimus. *Hinc definitiones nominales sunt arbitrariae.*

Alii in probatione huius thesios ita procedunt: de nominationes rerum sunt arbitrariae (§. 177.),

G 4

adeo-

- adeoque ab arbitrio hominum dependet, quidnam per vocem denotari, consequenter quamnam definitionem nominalem eidem assignare velint.
- Schol.II. Si plures vnus rei possibiles sunt definitiones nominales, illam quisque amplectatur, quae ipsius scopo maxime est adaptata.
- Theor. §. 312. Ex essentialibus omnibus simul sumtis deduci possunt attributa entis omnia, praesertim propria & ex attributo proprio quocunque cognosci queat oportet tota essentia (§. 1.). Cum ergo omnis alicuius entis nominalis definitio formata sit vel per essentialia omnia simul sumta, vel per attributum aliquod proprium (§. 306. & 60.): *si plures vnus rei dantur definitiones nominales, ex quacunque adsumta reliqua omnes possunt deduci.*
- Schol. Cauendum est, ne, si alter aliam rei definitionem nominalem suppeditat, quam nos, ex praecipitantia iudicemus, illius definitionem esse falsam. Potius operam impendamus, vt definitiones aliorum ex nostra deriuemus. Singulare hoc est artificium proficiendi ex scriptis aliorum, eorumque meditationes nostro systemati intexendi.
- Probl. §. 313. *Quomodo formandae sint definitiones nominales, patet ex cap. I. Nimirum formetur notio distincta (§. 85, 86.) eaque determinata obiecti, & exprimatur symbolice (§. 277.).*
- Consect. §. 314. Cum ergo ideae distinctae formari possint per attentionem & reflexionem, abstractionem, arbitrariam determinationem & demonstrationem: iisdem quoque modis definitiones nominales condi posse, manifestum est (§. praeced.).
- Probl. §. 315. Definitio genetica siue realis modum explicat fiendi (§. 306.). *Si quis ergo definitionem realem formare voluerit, modus geneseos obiecti est inuestigandus, quo pertinent causae obie-*

videt. ca
re camm
dare reat
teda m m
quae p
mul fimo
praelia
unque o
) Ca
nitione
ul fuz
p. 206
iores m
uz om
finis
rasp
tle m
corca
hoc
n. com
yenn
p
metra
inazob
h
am
contra
nom
ed.)
non
fir
eneles
caul
ob

obiec
irrat
§.
nre
cogni
com
gign
C.

§.
nefis
nota
nome
& n
cui
attri
tere
tur,
omn
dem
non

§.
est i
cogn
eruat
illius
denu
con
ri,
sibi
inter
prof

obiecti, & quid earum quaelibet ad rem conferat.

§. 316. Si cui volupe fuerit *definitionem inuenire realem, rerum, de quibus nondum habemus cognitionem*, entia nobis cognita pro arbitrio sunt combinanda, & quid eorum coniunctione gignatur, obseruandum. Probl.

Casui ita saepius multa esse accepta ferenda, experientia constat. In mechanicis, chymia, philosophia experimentalis, morali & ciuili, arte oeconomica, & quouis alio artis genere varia eiusmodi exempla occurrunt. Schol.

§. 317. *Vt cognoscamus, utrum res, cuius genesis per arbitrariam combinationem detecta est, nota iam sit nec ne, & quodnam ei imponatur nomen?* ex illa genesis deducenda sunt attributa, & memoria recolere debemus, an res occurrat, cui illa attributa omnia conueniant? Cum enim attributa ex tota genesis fluentia nulli enti competere queant, nisi, quod hanc genesis habet: sequitur, si inueniatur aliqua inter res cognitatas, iis omnibus attributis praedita, rem istam esse eandem, cuius genesis reperimus. Quodsi vero id non est: noui quid a nobis est inuentum. Probl.

§. 318. *Si quis rei, cuius definitionem geneticam est inuestigaturus, aliquam iam habeat praecuiam cognitionem*, cum primis definitionem nominalem, eruantur, & singulatim considerentur praedicata illius rei nobis cognita, illorum, vbi opus fuerit, denuo nominales definitiones formentur, idque continuetur, vt adpareat, quaenam debeant fieri, vt gignatur definitum. Tum in memoriam sibi reuocet res olim cognitatas, & inquirat, num inter eas occurrant tales, a quibus eiusmodi res proficisci posset. Vbi enim tales deprehendimus, Probl.

geneticam eius rei formare definitionem in nostra positum est potestate; sin minus, superat vires.

Schol. Fatendum sane est, modum huncce postremum formandi geneticas definitiones, sua laborare difficultate, & cum primis negotium faceere in exercitatis. Amplum enim veritatum campum perspicere iam posse, habituque formandi nominales definitiones, & ex iis concludendi instructus esse debet, qui hac ratione definitiones reales inuestigare cupit. Interim vtilissimus est labor, sicubi occurrant reales definitiones rerum, quarum definitiones nominales nobis innotuerunt, vt examinemus, qua ratione illae ex his potuerint deduci. Ita enim inuenta denuo quasi inuenimus, quod admodum commendare solebat Illustr. LEIBNITIVS, tanquam artificium perspicendi modum, quo alii ab vna veritate cognita ad aliam, incognitam ante, felices potuerint facere progressus.

Probl. §. 319. *Si res quaedam certa gaudet structura, realis definitio inuenitur, si vel oculo nudo, vel armato exploremus, ex quibusnam partibus constet, & quomodo illae inter se sint combinatae (§. 306.).*

Probl. §. 320. *Si ipsi praesentes sumus, dum aliqua res gignitur, cuius definitionem realem nosse desideramus, attentione tantum sufficienti opus est, quo modum geneleos perspicere queamus.*

Probl. §. 321. *Definitionis nominalis veritatem seu possibilitatem explorare possumus, si ideae, quae illam constituit, veritatem, seu realitatem inuestigemus (§. 134. seqq.). Quodsi nimirum definitiones formatae sint per attentionem & reflexionem, abstractionem, rationalem combinationem, vel demonstrationem, semper sunt verae & principia indubitata (§. 134. seqq.). Earum vero, quae per arbitrariam combinationem formantur, quo-*

q
h
&

d
b

a
sp
tu

a
de
n
to
a
p
h
ac

fi

quoniam falsae esse possunt (§. 141.), veritas est inuestiganda (§. 142.), eo modo, qui (§. 143. & seqq.) praescriptus est.

Solet hinc fieri, vt, si definitio nominalis alicuius rei sit suppeditata, statim subiungantur exempla, adeoque definitio adplicetur, ad euincendam ita realitatem illius (§. 150.). Praestat tamen heuristicè procedere, vt nimirum definitione, ad ductum problematum supra traditorum, eruamus, vbi fieri commode potest. Schol.

§. 322. *Definitiones reales* modum fiendi ostendunt (§. 306.), consequenter *semper sunt* possibiles, seu *verae* (§. 144.). Theor.

§. 323. *Vt itaque videamus, verum definitio aliqua realis sit vera*, nihil opus est, nisi vt dispiciamus, an modus fiendi, in eadem explicatus, contradictoria non inuoluat (§. praec.). Probl.

§. 324. *Per definitiones nominales* Possumus Theor. animo ingenerare ideam obiecti termino quodam denotati (§. 288.), per consequens ope definitionum nominalium possumus efficere, vt alter cum terminis nostris easdem iungat ideas, quam nos, adeoque nos intelligat (§. 183.), cumque sint praeterea indubitata principia (§. 321.), recte adhibentur in demonstrationibus (P. §. 79.), atque adeo *usum praestant scientiis* (§. 69.).

Adparet hinc definitionum nominalium utilitas, quae confirmatur exinde, quia faciunt ad eruendas definitiones geneticas (§. 318.), ambiguitatem in loquendo tollendam (§. 324. & 222.); adeoque logomachias euitandas, vel finiendas (§. 272.). Definitiones reales non minus praeclearam utilitatem praestant, quod ipsa res satis aperte loquitur. Schol.

§. 325. *Definitio perfecta* est, quae regulis definiendi est, adcommodata; quae vero ab iisdem defle-

deflectit, *imperfecta* vocatur. Definitio imperfecta *descriptio* audit. Illud ens, cuius descriptio supeditatur, *descriptum* dicitur.

Consect. §. 326. Vbi ergo idea obiecti incompleta est symbolice expressa, illa est descriptio obiecti (§. praeced. & 279.).

Schol. I. Hancce speciatim *WOLFIVS* & alii *descriptionem* adpellant, v. g. si modos obiecti adducam, qui quidem sufficiunt ad rem certo tempore ab omnibus aliis distinguendam, sed non semper. Nos vero descriptionis vocem paulo latius accipimus, vt omnes illas complectatur definitiones quae contra aliquem definiendi regulam impingunt, v. g. si sit angustior, vel latior definito, abundans, disiunctiua, per coniugata, vel synonyma facta &c. Species quoque descriptionis est *hypotyposis*, si nimirum per periphrasin res ad vivum depingitur. Descriptiones sunt admodum vtilis, praesertim, vbi de indiuiduis est sermo, quorum quippe definitiones aegre possunt supeditari, & cum hominibus nobis res est, sensibus atque imaginationi adsueta, vnde aptae rerum descriptiones, & in iis praesertim *hypotyposes*, oratoribus atque poetis merito commendantur.

Schol. II. Hac doctrina de definitionibus finita, proximum nunc est, vt de diuisionibus ea, quae notari sunt digna, paucis proponamus, de quibus Illustris *WOLFIVS* nihil omnino in medium attulit.

CAPVT IV.

DE

DIVISIONIBVS.

§. 327.

Definit. **T**otum est ens, quod constat ex pluribus, siue est vnum quod idem est cum multis. Multa illa, quae ens istud constituunt, vocantur *partes*.

in initio imp
us descepe

compleat
optio obe

descrip
dducam
ore absc
mper. A
lectus az
definitio
uiam in
rior det
ta, reio
pica
alia ras
ot adbe
is etim
olite
etiam
appare
opis
tendit
proum
restitu
is illis
ant

ous, es
Ni
tur p
15

tes. Resolutio totius in partes suas, dicitur *diuifio*. Totum *essentiale* vocatur ipsa *essentia*; *essentia* vero *partes essentielles*. Substantia quam constituunt plures aliae, dicitur *totum integrale*. Hae vero, *partes quantitativae*, seu *integrantes*. Perfectio, quae variis constat perfectionibus aliis, est *totum perfectionale*, vti ipsae perfectiones, quae vnā compositam constituunt, *partes perfectionales* audiunt. Totum ex ambiguitate est terminus ambiguus, seu aequiuocus. Denique *totum uniuersale* est idea superior respectu suarum inferiorum, & ipsa inferiora, respectu superioris ideae, vocantur *partes subiectivae* seu *logicae*.

§. 328. Pro diuersitate ergo totius variae diuisiones sunt possibiles (§. praeced.).

Nos, omnibus missis, retinemus tantum diuisionem ex ambiguitate, quae *distinctio* vocatur, & supra explicata iam est (§. 273. seq.) & diuisionem totius uniuersalis, quae *diuifio Logica* dici solet.

§. 329. *Diuifio logica*, quae hic *nar' iōoxiv* definit. *diuifio* audit, est resolutio ideae superioris in suas inferiores, symbolice expressa. Idea illa, cuius inferiora enumerantur, vocatur *diuifum* seu *diuidendum*; ipsa autem inferiora, in quae superior idea resoluitur *membra diuidentia* dicuntur, pro quorum numero oritur *diuifio bimembris* siue *dichotomia*, *trimembris* siue *trichotomia* &c. pro uti membrorum diuidentium sunt vel duo, vel tria &c. *Subdiuifio*, siue *diuifio subalterna* habet locum, si membrum diuidens denuo resoluitur in sua inferiora, quae tum, respectu prioris illius diuifi, *membra subdiuidentia* vocantur; ipsa vero idea prior, cuius vna inferior denuo in sua inferiora resoluitur, *subdiuifum* audit. Si idea quaedam aliquo respectu iam est diuisa, atque eadem alio respectu iterum diuiditur, quaelibet harum

harum diuisionum, respectu alterius, dicitur *con-
diuisio* seu *coaherna diuisio*, & membra diuidentia
vnius respectu membrorum diuidentium alterius
membra condidentia, vti ipsa idea, quae vario
modo diuiditur, *condiuisum* adpellatur.

Conf. I. §. 330. Diuisio itaque logica est notio synthe-
tice completa (§. 126.), subdivisio autem syn-
thetice adaequata, symbolice expressa (§. praec-
ced. & 126.).

Conf. II. §. 331. Diuisionem itaque formaturus, nosse
debet inferiora diuisi, & symbolo cogitatio-
num, quibus exprimere illa queat (§. 329.).

Theor. §. 332. Totum est aequale omnibus partibus
simul sumtis (§. 327.), adeoque *membra diuisio-
nis omnia debent exhaurire diuisum*, siue diuisum
nec plus, nec minus continere debet, (nimirum
ratione extensionis), quam omnia membra diui-
dentia simul sumta.

Definit. §. 333. *Diuisum & membra diuidentia sub
disiunctione simul sumta* dicuntur esse *reciproca*,
si, cuicumque competit diuisum, ei quoque com-
petit vnum ex membris diuidentibus, & vice ver-
sa, cui competit vnum ex membris diuidentibus,
ei quoque competit diuisum. Vocantur etiam,
si, quod diximus, habet locum, *diuisum &
omnia membra diuidentia simul sub disiunctione
sumta inter se adaequari*.

Confect. §. 334. Diuisum ergo & membra diuidentia
sub disiunctione simul sumta debent esse recipro-
ca, & inter se adaequari (§. 333. & 332.).

Theor. §. 335. Quodlibet membrum diuidens est in-
ferius diuisi (§. 329.), adeoque minorem habet ex-
tensionem, maiorem vero intensionem quam di-
uisum (§. 104.), per consequens *diuisum plus de-
bet continere, quam quodlibet membrum diui-
dens* (scilicet *ratione extensionis*), siue singula mem-

, dicim
ra dicit
tium est
a, quare
tutur.
notio fr
o autem
na (§ p

turus, n
o cogit
§ 329.)
ous part
mbra d
sive dicit
, (nunc
embra co

identia i
è recipi
loquetur
& vice
indend
nuntia
Amam
viam

al. dicit
repro
a).
os est in
habet
quam
plus
m. lo
e ling
mes

mer
sub
quo
con
qua
e
del
&
s
neg
s
res a
inuit
confi
term
inest
petit
tione
tero
liber
tion
fib
se e
p
pol
N

rio
pe
re
(
ga
fi

membra diuisionis minus continere debent (scilicet sub se, siue ratione extensionis) quam diuisum; quodlibet tamen membrum diuidens plus debet continere (scilicet in se, siue ratione intensiōis) quam diuisum.

§. 336. Vnum itaque diuisionis membrum non debet esse reciprocum cum diuiso (§. praeced. & 61.). Consect.

§. 337. *Opposita* sunt, quorum vnum inuoluit negationem alterius. Definit.

§. 338. Membra diuidentia sunt ideae inferiores diuisi (§. 329.), inferiora autem differant a se inuicem necesse est per differentias (§. 93.), per consequens cuiuslibet membrorum diuidentium determinatio competat oportet, quae reliquis non inest, & cuius loco cuiuslibet reliquorum alia competit; adeoque membrum diuidens vnum negationem inuoluere debet, alicuius quod est in altero quocunque (P. §. 19.), consequenter quodlibet membrum diuidens inuoluat oportet negationem alterius (§. cit.), ergo *membra diuidentia sibi debent esse opposita* (§. 337.), seu *sibi repugnent, se excludant inuicem, vnum non contineat alterum*, i. e. in casu recto de altero non debet posse affirmari &c. Theor.

Monent logici, quod *materialiter* vnum membrum diuisionis possit includi in altero i. e. in ipsa re; non tamen *formaliter*, i. e. vt vnum de altero in casu recto possit affirmari. Schol.

§. 339. Totum superius continetur in inferiori (§. 109.), adeoque nulla determinatio competit superiori, quae non competat quoque inferiori; superius ergo affirmari potest de inferiori (P. §. 19.), consequenter vnum non inuoluit negationem alterius (§. cit.), & hinc non sunt opposita (§. 337.); consequenter superius & inferius eius-

eiusdem non possunt esse membra diuidentia vnius diuisionis (§. 338.). Ergo diuisum non debet poni inter membra diuidentia (§. 329.), neque membri diuidentis inferius vna cum illo diuisionem debet ingredi (§. cit.), seu membrum subdividens non debet diuisioni immisceri, vna cum membro diuidente, sub quo continetur, seu cuius est inferius, siue diuisioni non immiscenda est subdivisio, vna cum membro illo diuidente, ex cuius diuisione subdivisio oritur.

Theor. §. 340. Nimia obiectorum multitudo impedit attentionem, & claritati repugnat (per exper.), ergo nimis membrorum diuidentium numerus, nec non subdivisionum multitudo nimia, atque minuta ratio vitari debent in diuisione.

Schol.

Quia numerus indiuiduorum sub specie contentorum magnus plerumque esse solet: species in indiuidua, vel plane non, vel rarissime diuidantur. Optimae diuisiones sunt dichotomiae, & trichotomiae, minime tamen ad eam superstitionem reuocari debet diuisio, quasi non nisi duobus vel tribus membris possit absolui, quorum prius RAMO & RAMISTIS, posterius IOANNI AMOSO COMENIO, & WESENBECIO. fuit solenne. Similes mihi videntur, inquit CHRISTIANVS WEISIVS in doctrina logica, pag. 230. qui dichotomiam urgent, nouellarum scriptoribus, qui velut cum DEO transegerunt, ne plura vel pauciora behdomatim patiantur contingere, quam scribi possit quatuor vel quinque foliis: isa enim omnium rerum naturam exigunt talem, quae apta sit fecari in duo membra, ac interdum ad ineptas prolabuatur subdivisiones &c. Diuisio ita est instituenda, prout diuisi natura illud patitur. Quodsi autem membrorum diuidentium tantus se nobis offerat numerus, vt mens multitudine nimia obruatur, de subdivisionibus est cogitandum.

Theor. §. 341. Si loco membri diuidentis ponatur huius

bu
au
di
tis
fe
ci

(6
cu
ui
cu
(
elt
fo
an
in

no
II.)
nta
dis
l

la
F

huius membra diuidentia, membrorum numerus augetur praeter necessitatem. Hinc *membra subdiuidentia non sunt ponenda loco membri diuidentis, cum primis si claritati ita officiatur* (§. 350.), seu *diuisio fiat in membra immediata, & non faciat saltum.*

§. 342. Membra diuidentia sunt inferiora diuisi Theor. (§. 329.), *tota ergo definitio diuisi competat unicuique membrorum diuidentium, siue membra diuidentia non debent euertere diuisi naturam, seu cum diuiso inuoluere contradictionem* (§. 106.).

§. 343. In cognitione symbolica perspicuitati Theor. est studendum (§. 211.), per consequens *in diuisione non sunt adhibendae voces obscuritatem creantes, v. g. termini inanes, aequiuoci, improprii, inusitati &c.*

§. 344. Quoniam termini infiniti & negatiui Theor. nota determinant certam speciem (§. 276. Schol. II.); *in diuisionibus, quantum fieri potest, & claritati officit, ab iis est abstinendum, siue membra diuidentia sine positiva* (§. praeced.).

Interim si ipsa rerum conditio membra requiras negatiua; vel ob humani intellectus imbecillitatem contenti esse debeamus negationibus, siquidem positua non satis nobis sunt perspecta; vel diuisionem facere velimus necessariam, vt membra sint contradictorie opposita, inter quae non dari potest tertium: negationes possunt tolerari, quorum etiam conciliatoriae diuisiones sunt referendae, quibus utimur, vt nos ex difficultatibus extricemus. Schol. I.

Hisce potioribus diuisionum regulis adhuc alias addunt alii, v. g. *inter membra diuidentia aliquam esse debere aequalitatem vel proportionem &c.* Schol. II.

§. 345. Si quis diuisionem logicam formare voluerit, fieri potest per determinationem (§. 123.). Formetur nimirum definitio nominalis diuidentis, Coruini Logica. H &

& quae diuersimode adhuc in illa possunt determinari, determinentur. Quem in finem considerandae veniunt variae obiecti relationes, vt modi in illo possibiles inueniantur, vbi oppositorum modorum ratio est habenda, & dispiciendum, vt illi complete inuestigentur. Hoc enim modo ex determinatione vltiori ipsius diuissi peruenimus ad eius inferiora, & quidem opposita omnia. Si itaque exprimamus ea certis cogitationum symbolis: habemus diuisionem (§. 329.).

Schol. I. Vt inueniri queant faciliori negotio modo diuersi alicuius obiecti, adhiberi possunt *loci topici*, qui sunt catalogus relationum entis alicuius generalium.

Schol. II. Vtus diuisionis est, quod faciat ad maiorem perspicuitatem atque distinctitatem, inseruiat doctrinae & ordini eandem; propositendi, itaque vt facilius memoriae obiecta mandare possimus &c. Vnde simul intelligitur, non quoscunque obiecti modos pro diuisionis fundamento esse adsumendos, sed eiusmodi tantum, ex quibus diuissio utilis formari potest.

Schol. III. In logica artificiali explicandae sunt tres mentis operationes (§. 176.) de prima, formatione nimirum ideae, actum adhuc est sufficienter, quare de secunda, iudicio nimirum, nunc despicimus.

CAPVT V.

DE

IUDICIIS ET PROPOSITIONIBVS.

Quid sit iudicium & propositio supra iam fuit definitum (P. §. 69. 70.). Propositio vocari etiam solent *enunciatio*, *enunciaturum*, *effatum*, *pronunciarum*, *profatum*, *praedicatio*, *adferum*, *proloquium*, *axioma* &c. Veteres nonnulli distinguere solent *enunciationem* & *propositionem* tanquam genus & speciem

nt dete
a confide
i, ut modi
peltorum
endum, ut
modo ex
eruenim
ta omnia
itationis
9.).
do dicit
repta, q
us gene

rem pefi
iat de
tremq
stima
ue et
adimo
us cas

res mem
tionem
quas
civitas

IBVS.
dehni
tam de
mura
um, ara
nt em
emus
pedes

Lu
qu
&

r
s
p
f
s
c
r
c
c
m
m
d
g
n
o
f
g
c
m
in

speciem; vt propositio sit enunciatio, quae pars est syllogismi: sed non magni momenti res est.

S. 346.

Iudicium est cogitatio relationis duarum idearum (S. 63.), *requiruntur ergo ad iudicium quodcumque & duae ideae, quae ad se referuntur, & ipsa earum ad se inuicem relatio.* Theor.

Ad quamlibet illarum idearum possunt adiici aliae Schol. I.

cogitationes, quae *adiectiones* vocantur, & speciatim, si integra sint iudicia, seu propositiones, *propositiones incidentes*, quae a iudicio seu propositione principali sollicitè distingui debent. Adiectiones illae vel tantum declarant ideam, si nimirum essentiale, vel attributum obiecti contineant; vel restringunt eandem, i. e. reddunt angustiorem, si exhibeant modum obiecti; vel limitant, si partem obiecti vel adiectionem ipsius incident, secundum quam ei aliquid competit: vnde *adiectiones & speciatim propositiones incidentes* possunt esse, vel *declarantes, vel restringentes, vel limitantes*. Nonnunquam, vel ex ignorantia vel incuria, vel vt ingenii vis ostendatur, adiectiones fiunt, quae oppositum plane inferunt, vel saltem ideam paulisper immutant. Priori casu *adiectiones* dicuntur esse *alienantes*, quorsum contradictiones adparentes, distincto consilio factae, sunt referendae, posteriori vero *adiectiones alterantes*. Cum primis ea quae dicta sunt, valent in cognitione symbolica, & respectu terminorum complexorum, quales multiplici hac ratione oriri possunt.

Iudicium & propositio ab idea complexa & termino Schol. II.

complexo in ipsa re, seu materialiter non differunt: formaliter autem, seu modo concipiendi omnino discrepant. In iudicio enim & propositione duae illae ideae concipiuntur tanquam diuersae, quae vel coniunguntur, vel a se inuicem separantur: *in idea vero complexa & termino complexo* plures illae ideae combinantur in vnam ideam compositam.

H 2

S. 347.

Theor. §. 347. *Propositio est iudicium symbolice expressum (P. § 70.), cum itaque ad omne iudicium requirantur duae ideae, et earum relatio (§. praeced.): propositio quaecunque debet continere duos terminos, quae significant ideas istas, & praeterea alium, qui denotet relationem illarum idearum ad se inuicem.*

Consect. *Propositio ergo enunciare debet relationem vnius ad alterum (§. praeced.), consequenter, quod vnum alteri conueniat, vel non conueniat (P. §. 63.).*

Definit. §. 348. *Subiectum est illud de quo iudicatur, siue de quo aliquid dicitur: quod vero de altero dicitur, siue rei cuiusdam tribuitur, vel ab ea remouetur, praedicatum. Vox autem illa, quae relationem praedicari ad subiectum significat, vel indicat conuenientiam subiecti & praedicati, & vocatur copula: vel eorum diuersitatem & negatio copulae audit.*

Schol. *Subiectum saepius vocatur terminus rem illam significans, de qua iudicium fertur, & praedicatum terminus, quo enunciatur, quid rei conueniat vel minus. Negatio copulae est copula, cui praefigitur particula NON. Copula ceterum non est ipse nexus, sed tantum signum eius esse debet.*

Consect. §. 349. *In omni itaque propositione contineri debet subiectum, praedicatum, & copula, vel eius negatio (§. 348. & 347.), eaque enunciare debet, quod praedicatum quoddam subiecto conueniat, vel non conueniat (§. citt.).*

Schol. *Subiectum & praedicatum vocantur materia propositionis, copula vero, vel negatio copulae, propositionis forma. Copula semper est verbum substantiuum, & quidem non nisi praesentis temporis; quia nexus ille, quem denotat, in omni iudicio est aliquid praesens. Licet enim nonnunquam*

bolice
nditur
s pra
dant
pau
m du

elation
neque
conus

udica
ro de
vel ab
illa q
nificat
dican
o & q

am fig
aerica
conus
pula
a ceter
num o

conie
pula, r
matur
to con

ria prop
e. pro
tum d
entur
e, in
num
nunqu

ci
ci
n
n
es
fe
qu
ali
tiu
vte

nunquam videtur verbum substantiuum esse copula in futuro vel praeterito tempore, vbi scilicet de futuris vel praeteritis iudicamus; hoc tamen non habet locum, sed copula tantum in eo laet, ipsum vero futurum vel praeteritum significat statum, quem subiectum vel aliquando habiturum sit, vel iam habuerit. Patet hoc ex doctrina de conuersione propositionum, infra distincte explicanda, vbi, si verbum substantiuum praeteriti vel futuri temporis esse posset, non raro absona resularent: propositio enim: *senex fuit puer*, ita foret conuertenda: *puer fuit senex*; quod satis absurdum.

§. 350. Quaecunque ergo orationes non enunciant, quod praedicatum quoddam subiecto alicui conueniat vel non conueniat, propositiones non sunt (§. praeced.), adeoque *orationes optatiuae, imperatiuae, precatiuae, interrogatiuae, exclamatiuae, obiurgatoriae &c.* non debent referri in numerum propositionum, in quibus quippe non tam relatio idearum exprimitur, vel aliquid determinate de re enunciatur, quam potius status quidam mentis, quo, tali oratione vtens, respicit illam relationem, significatur.

Vocantur hinc *orationes non logicae, indirectae & non-enunciatiuae*. Verae interim latent in iis propositiones, siquidem determinatur illarum ope, qualis sit status animae loquentis, respectu alicuius idearum relationis, vbi itaque loquens ponendus est loco subiecti, & status mentis ipsius respectu relationis eius idearum, loco praedicati.

§. 351. Saepius non omnes partes in propositione exprimuntur. Exper.

§. 352. *Forma propositionis ordinaria*, est, si omnes tres propositionis partes expresse positae sunt: sin minus, *forma propositionum est minus ordinaria*. Priori casu *propositio vocatur perfecta*; posteriori *imperfecta*, siue *cryptica*, & quidem

propositio cryptica subiecti omiffi, si subiectum latet in copula; *copulae omiffae*, si copula non expressa est: *praedicati omiffi*, si praedicatum latet in copula, quae tum vocatur *EST*, siue *copula secundi adiecti*, item *EST significans*, vti copula in propositione, vbi praedicatum explicite positum est, adpellatur *copula*, siue *EST tertii adiecti*, siue *EST copulans*.

- Schol. Interdum duae propositionis partes latent, v. g. subiectum & copula in praedicato, quod solum ponitur.
- Consect. §. 353. Dantur ergo propositiones crypticae varii generis (§. 352. & 351.).
- Exper. §. 354. Propositiones crypticae nonnunquam creant obscuritatem.
- Consect. §. 355. Cryptis ergo propositionum eo casu est tollenda (§. 211.).
- Probl. §. 356. *remoueri potest cryptis propositionum* vt dispiciamus, quatenus partes propositionis adsint, vel deficiant, & ex illa vel illis, quae exprimuntur, pars, quae expressa non est, per resolutionem eruatur. Ita enim habes propositionem, in qua omnes partes explicite adsunt, adeoque perfectam (§. 352.).
- Exper. §. 357. Secundum naturalem cogitandi modum, siue vti alii loquuntur, in sermone interno & omni oratione externa, internae accommodata, subiectum primo, copula secundo, praedicatum tertio loco poni solet, quod vero in sermone saepissime negligitur.
- Schol. Concipi hinc potest, cur *RAMYS* & alii subiectum adpellent *antecedens*, praedicatum vero *consequens*, nec non cur subiectum & praedicatum simul verbis dicantur *exerema propositionis*, item *termini propositionis*, quo significato copula eiusque negatio non est terminus propositionis. Licet genera

ectum la
a non ex
um late
e copula
u copula
ate poli
S T uto

ent, r.
quod

crude

amicus

ci eo ut

propter
trans
quet
ll, per
proprie
un, ab

andi in
ore
e
m
m

um
um
um
um
e
e
e
e
e

m
e
d
ic
n
e
f
f
e
c
t
u
e

m
S
d
f
i
P
i
P
n

generaliori significato, quem supra (P. §. 69.) adduximus, omnino terminus vocari possit.

§. 358. Nos ipsi ergo facile perspicere possimus, quodnam sit propositionis nostrae subiectum & praedicatum. Attendendum solummodo est ad ordinem cogitationum (§. praec.).

§. 359. *Vt vero inueniamus, quodnam sit subiectum, quodue praedicatum in propositione alterius, in qua non statim hoc patet, respiciendum est potissimum ad alterius intentionem, & nexum sermonis, vt adpareat, & de quo sit sermo, & quidnam de eo dicat; tum enim prius est subiectum, posterius praedicatum (§. 343.).*

Aliqui logicorum multa praecipiunt, ex quibus possit agnosci subiectum & praedicatum propositionis, v. g. si idea adsit latior & angustior, hanc esse subiectum, illam praedicatum; si forma & materia; hanc esse praedicatum, illam subiectum, &c. Verum regulae istae & reliquae non semper scopo sufficient. Tutissimum est, quod in spho adduximus. Hoc si non procedat: in nostra potestate positum non est, subiectum vel praedicatum propositionis inuenire. Schol.

§. 360. *Idae cuilibet possunt adiungi adiectiones, speciatim propositiones incidentes (§. 346. Schol. I.); per consequens subiecto quoque & praedicato alicuius propositionis* Theor.

§. 361. *Illam ideam, quae per se in propositione subiecti vel praedicati locum obtinet, & cui aliae iunguntur, vocatur subiectum vel praedicatum principale seu princeps; adiectiones autem subiecto vel praedicato additae, subiectum vel praedicatum minus principale seu minus princeps. Copula principalis est, quae significat nexum subiecti & praedicati principalis; copula vero propositionis incidentis, minus principalis, seu minus princeps audit.* Definit.

- Theor. §. 362. Nihil est sine ratione sufficiente (P. §. 76.), per consequens *rationem* quoque *habeat sufficientem* necesse est, cur aliquod praedicatum subiecto *competat, vel non competat.*
- Definit. §. 363. Ratio cur praedicatum aliquid subiecto cuidam vel competit, vel non competit, seu certam ad subiectum habet relationem, vocatur *hypothesis propositionis*; illud vero, quod de subiecto dicitur, *thesis* adpellatur.
- Consect. §. 364. In qualibet itaque propositione & thesis & hypothesis deprehendatur necesse est (§. 363. 362.).
- Schol. Non quidem in omni propositione expressa est hypothesis, sed potest tamen per analysin propositionis facile fieri.
- Definit. §. 365. *Praedicabile* est, quod in propositione quadam fieri potest praedicatum.
- Theor. §. 366. Non nisi triplicis generis praedicata sunt possibilis, essentialia nimirum, attributa, & modi (§. 6.), per consequens, quicquid de subiecto quodam potest praedicari (modo sc. *visitato*), vel est *essentiale*, vel *attributum*, vel *modus*. Ergo haec tria sunt praedicabilia, nec alia praeter haec dantur (§. 365.).
- Schol. Aristotelici quidem *quinque* numerabant praedicabilia, *genus, speciem, differentiam, proprium, & accidens praedicabile*; sed re ipsa a nobis non differunt: genus enim, nec non speciem, & differentiam semper constituit, vel *essentiale*, vel *attributum obiecti*; proprium nihil aliud est, quam *attributum*; accidens vero praedicabile coincidit cum modo.
- Theor. §. 367. Ratio, cur attributum de subiecto praedicatur, est ipsa *essentia* (§. 1.); cur modi, ratio deprehenditur in *circumstantiis externis*; denique *essentialia* de ente praedicantur, quia est tale

nte (P.)
ce *causa*
causatum

nd fabio
dent, la
voca.
d de D.

ne & r
ccile

na ed
fin, pr

opos

raach
chua
l de a
fe. n.
m. n.
ha. n.

uas
an. f
nua
en. s
ra. s
ed est
abile

o pen
di. f
is. s
ua. s
a.

tale et
tionem
bet lo
dum
defini
S.
positi
quoc
S.
subie
attrib

Ha

v

c

n

c

n

n

H

i

S. 3

qui ic

& re

nexu

spici

in p

ueni

scere

S.

pit, e

est (p

sition

subie

exper

cande

S.

tale ens (§. cit.), per consequens propter definitionem. Ergo *propositionis in qua primum habet locum, hypothesis est essentia; in qua secundum, aliquid extrinseci: in qua tertium ipsa rei definitio* (§. 363.).

§. 368. *Vt inueniamus hypothesis alicuius propositionis*, tantum requiritur, vt inuestigemus, quodnam sit subiectum & praedicatum in illa (§. 358. 359.), nec non quale sit praedicatum subiecti (§. praeced.), id est, vtrum sit essentiale, attributum, an modus illius (§. 367.).

Haec propositionum analysis illum praestat vsum, Schol. vt non tantum rationem perspiciamus, cur praedicatum subiecto conueniat, vnde tum demonstratio illius constitui potest, sed etiam cognoscamus, vtrum propositio locum inueniat certo quodam casu, an minus. Quodsi nimirum hypothesis ista, siue conditio adest, propositio potest applicari; sin minus, non item.

§. 369. *Propositionem cognoscit siue intelligit*, Definit. qui ideam habet claram & subiecti & praedicati, & relationis praedicati ad subiectum, i. e. vel nexus, vel separationis eorum. Qui vero perspicit rationem relationis subiecti & praedicati in propositione, seu conuenientiae, vel disconuenientiae eorum, *propositionem distincte cognoscere*, seu *concipere* dicitur.

§. 370. Quicumque ergo propositionem concipit, eandem cognoscit, siue intelligat, necessesse est (§. praeced.). Cum autem ille, qui propositionem perspicit, propter quam praedicatum subiecto vel conuenit, vel non conuenit (per exper.): non statim, qui propositionem intelligit, eandem ideo concipit (§. cit.).

§. 371. Veritas logica est conuenientia cogita- Theor.

tionum cum obiecto (P. §. 99.), per consequens *iudicium est verum, si res ita se habet, prout in iudicio repraesentatur, falsum autem, si aliter sese habet, quam per iudicium repraesentatur.* Enunciatio itaque seu propositio vera & falsa quid sit, patet, nimirum *propositio vera est iudicium verum symbolice expressum; falsa, iudicium falsum symbolice expressum.*

Schol. Hisce generatim expositis, progrediemur nunc ad varias propositionum diuisiones.

Definit. §. 372. *Iudicium singulare est iudicium, cuius subiectum est indiuiduum, seu idea singularis; iudicium commune, cuius subiectum est idea communis. Quid sit propositio singularis & communis, patet.*

Theor. §. 373. *Omnis idea vel repraesentat ens omnimode determinatum, vel non omnimode determinatum (per princ. exclus. med.), adeoque vel est singularis, vel communis (P. §. 57.), per consequens omne iudicium vel est singulare, vel commune (§. praeced.).* Propositio est iudicium symbolice expressum (§. 70.), per consequens *omnis quoque propositio est vel singularis, vel communis.*

Definit. §. 374. *Iudicium vniuersale est, in quo subiectum respectu relationis praedicati in tota extensione, seu vniuersaliter sumitur; particulare, in quo subiectum respectu relationis praedicati sumitur tantum pro parte extensionis seu particulariter.* Iudicium vniuersale symbolice expressum *propositio vniuersalis; particulare symbolice expressum, propositio particularis vocatur.*

Consect. §. 375. *Hinc in iudicio & propositione vniuersali praedicatum de omnibus, in particulari vero non de omnibus subiecti inferioribus, hoc est*

consequ
et, pms
s, si d
acfeni
r. & la
na est n
f. i. i. i. d.

que mac e

ium, co
singula
n est u
avis & c

e ensom
imode t
) , ad
(P. f. r.)
p. r. m.
to d. i. d.
per cas
p. r. m.

quo
oua
culm
edict
seu
olice
tare
is r

ione
artu
bus

est
neg
qua
per
&c
ne
fio
ex
con
iter
bi,

Q
r
h
p
t
t
p

E
r
s
(S.
nis
asqu
pion

est de vno tantum vel aliquibus affirmatur vel negatur (§. 374. & P. §. 61.).

§. 376. In iudicio & propositione communi Theor.
qualibet subiectum est idea communis (§. 374.), per consequens, quae pluribus competit (§. 57. & 52.). Iam in eiusmodi iudicio & propositione idea illa communis vel sumitur in tota extensione, vel non in tota extensione (per princ. exclus. med.); per consequens, *omne iudicium commune est vel vniuersale, vel particulare; itemque omnis propositio communis vel vniuersalis, vel particularis* (§. 374.).

Schol.
Quaenam sint signa vniuersalitatit & particularitatis supra monuimus (§. 112. Schol.). Adde possunt tanquam signa vniuersalitatit: *quuis, nihil, nemo, vterque, neuter, singuli, cuncti, &c.* particularitatis: *aliqui, aliquod, pars, nonnihil &c.* Dantur quoque voces, quae a nonnullis vocantur *signa media inter vniuersalia & particularia* v. g. *multi, plurimi, non pauci.* Vbi porro notandum, signa vniuersalitatit, vel particularitatis, si efficere debent propositionem vniuersalem vel particularem, adici debere subiecto principali. Ex huius enim quantitate diiudicanda est quantitas propositionis. Quod si ergo quantitatit signum tantum pertineat ad subiectum minus princeps, vel etiam ad praedicatum, propositionis quantitas inde aestimari nequit. Hinc simul patet, si duo vel plura adsint in eadem propositione quantitatit signa: propositionis quantitatit esse diiudicandam ex signo illo, quod subiectum adficit principale.

§. 377. Idea singularis aequipollet vniuersali Theor.
(§. 113.), per consequens subiectum propositionis singularis aequipollet ideae vniuersali (§. 374.), atque adeo *propositio singularis aequipollet propositioni vniuersali* (§. 372. 374.). Pro-

- Schol. Probe hoc est notandum propter doctrinam de syllogismis, ubi quidem ex puris singularibus praemissis aliquid sequitur; non vero ex propositionibus particularibus tantum.
- Definit. §. 378. *Propositio*, quae signum quantitatis expressum habet, vocatur *definita*, prouti *indefinita*, in qua signum quantitatis expressum non est.
- Consect. §. 379. Omnis propositio vel habet signum quantitatis expressum, vel minus (per princ. exclus. mod.), consequenter *propositio quaecumque vel est definita, vel indefinita* (§. praeced.)
- Schol. Hinc concipi potest, quid sit propositio vniuersalis atque particularis, & definita & indefinita. Propositio singularis non quidem indiget signo quantitatis, siquidem eius subiectum semper est singulare (§. 372.); interim potest signum vniuersalitatis eidem praefigi, quoniam aequipollent singulares propositiones vniuersalibus (§. 372.).
- Definit. §. 380. *Quantitas propositionis* est extensio subiecti respectu relationis praedicati in propositione.
- Consect. §. 381. Propositiones itaque ratione quantitatis recte diuiduntur in propositiones vniuersales & particulares (§. praeced. & 374.).
- Schol. Patet ex iis, quae dicta sunt, signa quantitatis non efficere ipsam quantitatem propositionis. Haec enim abesse possunt, licet propositio vniuersalis sit vel particularis.
- Definit. §. 382. Terminus cum signis vniuersalitatis denotat vel inferiora eius omnia & singula, vel non, nisi omnia simul sumta. Si prius, *in suppositione distributiva*, seu *copulativa*, si posterius *in suppositione collectiva* seu *copulata*, sumi dicitur. Porro si distributivae sumitur, vel absolute & sine exceptione de omnibus accipitur, vel cum aliqua restri-

nam de
ribus pre
populū

itatis ex
penditū
on est.
et signa
princē
uacens
ced.)
tio ma
& in
em in
cedunt
um po
ā, que
s unū

terribi
prop

quans
mura

restitu
nis. h
vate

caus de
relate
prop
n. d. p.
Per
fite
a. d.
re

restrictione seu exceptione. Illo casu *suppositio absoluta*, quae a nonnullis etiam *simplex* vocatur, hoc vero *restricta*, siue *adcommoda*, item *suppositio secundum quid* locum habet. Si prius est, obtinere etiam dicitur *vniversalitas metaphysica*; si posterius *vniversalitas moralis*, siue *syncdochica*. Vt terius, si terminus distributiuè supponitur, accipitur vel de omnibus inferioribus communibus tantum, i. e. pro omnibus tantum speciebus, vt *omnibus* idem sit, quod *altery*; vel simul pro omnibus indiuiduis omnium inferiorum communium. Illo modo *terminus sumitur in suppositione incompleta* siue *pro generibus singularum*, hoc vero *in suppositione completa*, siue *pro singulari generum*.

Non admodum est difficile inuenire, in quam Schol. suppositione terminus accipitur. Inuestigaturus enim, utrum terminus distributiuè, an collectiuè supponatur, periculum faciat, an loco *omnes* poni queat *omnes & singuli*; vel etiam signum vniversalitatis vna cum illo termino possit collocari. Quod si hoc procedat, terminus distributiuè supponitur; sin minus; collectiuè. Porro si termino, cui signum vniversalitatis praefixum est, potest addi: *sine ulla exceptione*; accipitur terminus in suppositione absoluta; sin minus; in restricta seu adcommoda. Denique, si loco signi vniversalitatis solum ponere possimus, *omnia indiuidua illius ideae*, siue *termini*, locum habet suppositio completa, seu terminus sumitur pro singulari generum; quod si vero id fieri non queat, in suppositione incompleta, siue pro generibus singularum.

§. 383. Si propositio esse debet vniversalis, Theor. subiectum in tota sua extensione sumatur necesse est (374.). Iam vero, vbi suppositio collectiua locum habet, inferiora non spectantur singularim,

latim, sed omnia simul sumta respiciuntur tanquam partes vnius entis, quibus non nisi simul sumtis praedicatum tribuitur (§. 382.), per consequens, si subiectum propositionis alicuius accipitur in suppositione collectiua: illa propositio vniuersalis non est. Porro terminus in suppositione restrictiua & incompleta sumtus reuera non accipitur in tota sua extensione (§. cit.), consequenter propositiones, in quibus subiectum accipitur restrictiue, vel etiam incomplete, idem vniuersales non sunt.

Schol. Observari hoc meretur doctrinae syllogisticae causa.
Theor.

§. 384. Propositio indefinita lignum quantitatis non habet (§. 378.), interim praedicati ratio vel competit toti extensioni, vel parti tantum extensionis subiecti (§. 375.), consequenter propositio indefinita quaecunque certam habet quantitatem (§. 380.), estque vel vniuersalis vel particularis (§. 375.).

Schol.

Adparet facile, nobis esse sermonem de propositionibus indefinitis communibus, quoniam enim propositiones singulares quantitatis signo non habent opus (§. 379. Schol.): si de propositionibus indefinitis absolute loquimur, semper intelliguntur indefinitae communes.

Theor.

§. 385. Quae ideae cuidam conueniunt necessario, prorsus non possunt ab eadem abesse, adeoque competunt omnibus illis obiectis, quibus conuenit ista idea, & per consequens omnibus illius inferioribus (P. §. 61.), atque adeo conueniunt isti ideae in tota sua extensione (§. cit.), & hinc vniuersaliter (§. 112.). Cum ergo essentialia atque attributa ideae cuidam necessario competant & immutabiliter (§. 1.): idea respectu essentialium atque attributorum suorum sumitur vniuersaliter.

§. 386.

dicuntur
on nisi simi
) per con-
tus acci-
pino tamen
ppositione
era non ac
) conieq
accipit
ensidit

gificien
um quaz
edican
partitaz
equentep
abet qua
vel par

de propo
oniam e
igno ma
poblica
r intell

venire
am ab
medic
ueneru
eqz vlt
extens
) Ca
videtur
i.) ab
s. iust

S. 30

c
o
n
ri
q
p
t
i
ru
fi
tu
(S
q
ta
pr
ve

iu
ip
ita
co
in
fin
rel
ob
de
na

§. 386. Modi ideae competunt inmutabiliter, siue Theor.
 contingenter (§. 3.). Ergo idea conuenire potest
 obiecto cuidam, cui tamen modus illius ideae
 non competit, per consequens possunt esse infe-
 riora ideae, modo isto destituta (§. 61.), adeo-
 que *idea respectu modorum suorum non tuto sumi*
potest in tota sua extensione (§. cit.), consequen-
 ter non nisi particulariter (§. 112.).

§. 387. Inueniri ergo potest, qualem propositio Probl.
indefinita habeat quantitatem. Respiciatur nimi-
 rum relatio praedicati ad subiectum. Quod si illa
 sit necessaria, hoc est, vel essentiale, vel attribu-
 tum subiecti; sumitur subiectum vniuersaliter
 (§. 385.); sin vero contingenter tantum, siue tan-
 quam modus subiecto conueniat; particulariter
 tantum (§. praeced.), per consequens illo casu
propositio indefinita est vniuersalis (§. 374.), hoc
vero particularis (§. cit.).

Monent interim logici: *propositionem indefinitam* Schol.
ordinarie haberi pro vniuersali, siue cum, qui
 indefinite loquitur, vniuersaliter loqui, esse praes-
 sumendum.

§. 388. Definitio adplicans est propositio, cu- Theor.
 ius subiectum est definitum, praedicatum vero
 ipsa definitio adplicata (§. 277. Schol.). Cum
 itaque definitio omnibus illis competat, quibus
 competit definitum (§. 279.), definitum sumitur
 in tota sua extensione (P. §. 61.), atque adeo de-
 finitio adplicans est propositio vniuersalis (§. 374.).

§. 389. Determinatio subiecti est ratio sufficiens Definit.
 relationis praedicati ad subiectum, in subiecto
 obuia. *Propositio determinata* vocatur, in qua
 determinatio subiecti deprehenditur; *indetermi-*
nata, in qua minus.

V. g. Hae propositiones, homo est rationalis: Deus Schol.
 est omnipotens; homo cognitione Dei viua instru-
 ctus est pius, sunt determinatae, quia ratio, cur
 praes-

praedicata subiectis conueniant in ipsis subiectis iam deprehenditur, siue relatio praedicatorum ad subiecta per ipsa subiecta iam determinatur. Contra, haec propositiones; homo est pius; spiritus peccat, indeterminatae sunt. Sumimus hic vocem *determinationis subiecti*, & *propositionis determinatae* paulo latius, quam a nonnullis fieri solet.

Theor. §. 390. In propositione determinata ratio sufficientis relationis praedicali ad subiectum in hoc ipso deprehenditur (§. praeced.), adeoque praedicatum subiecto conuenit necessario; consequenter *propositio determinata omnis est vniuersalis* (§. 387.).

Theor. §. 391. In propositione indeterminata non deprehenditur in subiecto ratio sufficientis relationis praedicali ad illud (§. 389.), per consequens non est illa praedicali ad subiectum relatio, nisi modus subiecti (§. 3.), atque adeo *propositio indeterminata est tantum particularis* (§. 387.).

Probl. §. 392. Ex propositione ergo particulari & indeterminata fieri potest vniuersalis & determinata, modo suppleatur in subiecto ratio sufficientis relationis ad subiectum. Tum enim fit determinata (§. 389.), adeoque vniuersalis (§. 390.).

Schol. I. Propositiones determinatas multo magis rationibus esse adcommodatas, quam indeterminatas, ex doctrina de rationibus elucebit.

Schol. II. Ex adhuc dictis intelligi potest, quandonam propositio vniuersalis vera sit, quando falsa. Si nimirum in propositione enunciatnr, aliquam relationem praedicali cuiusdam omnibus subiecti inferioribus continere, & res quoque ita se habet, propositio est vniuersalis vera; quodsi vero id non ita se habeat, falsa est.

Definit. §. 393. *Iudicium adfirmatiuum est, si cogitamus duas ideas conuenientiam habere negatiuum*

uum, si cogitamus duas ideas habere disconuenientiam. *Enunciatio* siue *propositio adfirmatiua* est iudicium adfirmatiuum, *negatiua* vero, negatiuum, symbolice expressum.

§. 394. *Propositio* itaque adfirmatiua est, in **Consect.** qua praedicatum subiecto tribuitur; negatiua, in qua praedicatum remouetur a suo subiecto (§. praeced.).

§. 395. Omne iudicium repraesentat relationem duarum idearum (P. §. 65.), adeoque vel conuenientiam, vel disconuenientiam duarum idearum (P. §. 63.), per consequens *omne iudicium vel est adfirmatiuum, vel negatiuum* (§. 393.). **Theor.**

§. 396. Omnis itaque *propositio* vel adfirmans **Consect.** est, vel negans (§. praeced. 393. 394.).

§. 397. *Species relationis subiecti & praedicati ad se inuicem, vocatur qualitas iudicii seu propositionis.* **Definit.**

§. 398. *Propositiones* itaque ratione qualitatis, recte diuiduntur in adfirmantes & negantes (§. praeced. 396.). **Consect.**

§. 399. *Qualitas ergo propositionis* est illa eius adfectio, vi cuius vel adfirmans est, vel negans (§. 398. 397.). **Consect.**

§. 400. *Copula* debet esse signum conuenientiae praedicati & subiecti; negatio copulae signum disconuenientiae, seu diuersitatis (§. 348.). Cum itaque *propositio*, in qua significatur conuenientia subiecti & praedicati dicatur adfirmatiua, negatiua autem, in qua disconuenientia (§. 393. 394.): *copula est signum adfirmantis, negatio copulae negantis propositionis.* **Theor.**

§. 401. Si quam ergo *propositionem* efficere debet negantem particula negatiua, in illa copulam debet negare, siue eandem adficere (§. praeced.). **Consect.**

Schol.

Secundum linguae latinae genium particula negatiua copulam propositionis adfcit, si 1) irmediate praeponatur copulae, vel patenti, vel latenti, 2) collocetur ante totam propositionem, 3) contineatur in signo quantitatis v.g. nullus &c. In aliis linguis aliter quoque potest fieri, v.g. in germanica collocari potest particula negatiua post copulam, vel omnino post totam propositionem, vt tamen negantem propositionem efficiat.

Conf. I.

§. 402. Cuiuscunque ergo propositionis copulam non adfcit particula negatiua, illa negatiua non est, licet vel maxime particula negatiua in eiusmodi propositione deprehendatur (§. praec.).

Conf. II.

§. 403. Quodsi itaque negatio adfcit copulam minus principalem, nec praeterea copula principalis ab alia adfcitur: propositio quidem incidens, non autem ipsa principalis est negatiua; item, si negatio tantum adfcit terminum quempiam, vel termini partem, cui irmediate praefigitur, subiectum quidem, vel praedicatum, vel vtrumque esse potest terminus negatiuus, sed ipsa tamen propositio adfirmatiua manet, nisi fortassis alia negatio ipsam copulam attingat (§. praeced.).

Definit.

§. 404. *Propositio de extremo negato* est, cuius copulam minus principalem adfcit particula negatiua, siue cuius propositio incidens est negatiua. Prouti propositio incidens pertinet vel ad subiectum, vel ad praedicatum, vel in vtroque extremo eiusmodi incidens propositio reperitur, est *propositio vel de subiecto negato*, vel *de praedicato negato*, vel *de negato vtroque extremo*. *Propositio infinita* est, in cuius extremis est terminus infinitus; cumque vel subiectum vel praedicatum, vel vtrumque extremum esse queat terminus infinitus.

c
tr
te

te
ti
u
ce
pe
ne
fur
cey

tia
co
ad
on

cur
etic
tre

nitus: propositio infinita est vel *infiniti subiecti*,
vel *infiniti praedicati*, vel *utriusque extremi infiniti*.

Rationes denominandi sunt in proptulo. Propo-
sitiones illas, infinitam nimirum & de extremo
negato, a se inuicem esse discernendas, vide-
mus exinde, quia diuersum prorsus habere pos-
sunt sensum, ut vna propositio, formata tan-
quam propositio de extremo negato, possit esse
vera, cum, si formetur tanquam infinita, sit
falsa, & vice versa.

Schol.

§. 405. Propositiones ergo de extremo negato
& infinitae sunt adfirmantes, nisi particula negati-
ua alia adficiat copulam earundem (§. praeced.
& 303.). Quodsi vero alia particula negatiua
copulam adficiat, sunt negatiuae (§. 403.).

Confest.

§. 406. *Propositio subsumpta* siue *subsumptio* vo-
catur propositio, quae enunciat, quod cum ex-
tremo quodam alius propositionis aliqua idea aut
terminus habeat conuenientiam.

Definit.

§. 407. *Propositio ergo subsumpta* continet vnum
terminum ex illa propositione, cuius est subsum-
ptio, qui vnum extremum eius constituit, & ali-
um praeterea terminum, siue aliam ideam, quam
cum illo conuenientiam habere significat (§. 406.),
per consequens in subsumptione & illa propositio-
ne, cuius est subsumptio, non nisi tres tantum
sunt ideae & termini (voce termini strictius ac-
cepta, quam P. §. 69.).

Confest.

§. 408. *Subsumptio* omnis enunciat conuenien-
tiam duarum idearum (§. 406.), propositio vero
conuenientiam duarum idearum enunciata est
adfirmatiua (§. 393.), per consequens, *subsumptio*
omnis est propositio adfirmatiua.

Theor.

§. 409. Licet ergo in subsumptione negatio oc-
currat, manet illa tamen adfirmans (§. praec.);
etiamsi tum sit propositio vel infinita, vel de ex-
tremo negato (§. 404.).

Confest.

I 2

Patet

Schol. Patet itaque, propositionem aliquam, si in se spectetur, esse negativam, quae ad aliam relata pro affirmante est habenda, eamque tum vel infinitam esse, vel de extremo negato. Hinc non sine ratione logici adserunt; alias *propositiones esse per se, & separatim positas infinitas*: alias vero tantum *in relatione, qua subsumuntur*. Prioribus ut agnoscantur, negotium non facessit: posteriores vero, nisi quis sufficientem adhibeat attentionem, cum negativis facillime confunduntur.

Theor. §. 410. In propositione negativa praedicatum subiecto denegatur, mediante particula negativa copulam adficiens (§. 393. 400.), adeoque idea, negans istud praedicatum, cum subiecto habet convenientiam; per consequens particula negativa, copulam adficiens, potest tolli, & integro praedicato praefigi. Ergo *omnis propositio negativa, salva veritate, mutari potest in affirmantem, sed infinitam ratione praedicati* (§. 393. 404.).

Schol. Propositio infinita sine difficultate potest mutari in propositionem de extremo negato. Terminus enim infinitus v. g. *non-homo*, aequipollet propositioni neganti, quae incidens esse potest v. g. id quod non est homo: per consequens, si propositio quaedam est infinita, terminus infinitus in illa obuius potest mutari, ut fiat propositio incidens negativa, adeoque tota propositio, propositio de extremo negato. Cum ergo propositio negativa in infinitam, haec in eam de extremo negato possit mutari: negativa quoque mutari potest in eam de negato extremo.

Definit. §. 411. *Praedicatio commoda in propositione est, quae secundum linguae genium praedicati relationem ad subiectum clare manifestat.*

Consect. Praedicatio itaque commoda non est, si in praedicato ponere velimus signum quantitatis (§. praeced.).

Hinc

n
ve
ne
tur
plu
con
pra
subi
fitu
te ta
lam
E.
n
te
se
d
te
li
§.
ne ac
exten
ad ill
miru
recie
subi
rio
fut
fal
pa

Hinc tamen non sequitur, praedicatum in propositione nullam prorsus habere quantitatem. Vnde celeberrimi quidam ex logicis recentioribus inuestigarunt, quatenam sit praedicati in propositione quantitas, quod paucis subiungemus. Schol.

§. 412. Plerumque praedicatum in propositione affirmatiua est latius, quam subiectum, si scilicet vel essentiale commune, vel attributum commune, vel modus communis de subiecto praedicatur (§. 1.); adeoque hisce casibus praedicatum pluribus competit, quam subiectum (P. §. 61.), consequenter non de omnibus inferioribus illius praedicati dici potest, quod pertineant ad istud subiectum. Ergo *saepissime praedicatum in propositione affirmante sumitur respectu obiecti pro parte tantum extensionis* (§. cit.), *per consequens est tantum particulare respectu subiecti* (§. 112.). Theor.

E. g. In hac propositione: *omnes scortatores damnantur*, idea praedicati, scilicet eorum, qui damnantur, latior est, quam idea subiecti: scortatores enim sunt non omnes ii, qui damnantur, sed quidam tantum ex eorum numero, qui damnantur, siquidem multi adhuc alii damnantur, qui non sunt scortatores; siue scortatores sunt e damnatis tantum aliqui. Schol.

§. 413. Non raro praedicatum in propositione affirmante respectu subiecti sumitur in tota extensione, adeoque ita, ut omnia eius inferiora ad illud subiectum pertineant (P. §. 61.), eo nimirum casu, si praedicatum subiecti vel est idea reciproca seu aequae late patens, vel idea inferior subiecti: per consequens *praedicatum in propositionibus affirmantibus non raro sumitur respectu subiecti in tota extensione, atque adeo est vniuersale* (§. 112.). Theor.

§. 414. Posito toto, ponitur quaelibet eius pars (§. 327.), ergo posita tota extensione ideae, Theor.

quaelibet pars extensionis illius ponitur, adeoque vniuersalitas inuoluit particularitatem (§. 112.), per consequens *quisquid vniuersaliter potest dici de quadam idea, particulariter quoque de eadem dici queat oportet.*

Consect. §. 415. Quodsi ergo dicamus, praedicatum generatim in propositione adfirmante esse particulare, a veritate non aberramus (§. 414. 412.), adeoque regula quorundam logicorum: *praedicatum in propositione adfirmante est particulare, tuto semper valet.*

Theor. §. 416. In propositione negatiua praedicatum de subiecto negatur. Iam idea competit cuique suorum inferiorum (P. §. 61.), adeoque si idea quaedam negatur, negatur secundam totam extensionem, seu vniuersaliter (§. 122.), ergo *praedicatum propositionis negatiuae semper est vniuersale.*

Schol. Possent quidem fieri, vt per signum aliquod particularitas restringeretur: interim, quoniam tum praedicatio foret minus commoda (§. 411.), regula in §. adducta manet salua.

Definit. §. 417. Omnis propositio est vel adfirmans vel negans (§. 306.), adeoque quaecunque propositio negatiua non est adfirmatiua. *Quodsi itaque propositioni negatiuae adhuc alia negatio praepositur, haec negatio illam, quae in propositione negatiua copulam adiciebat, tollit, adeoque propositio non manet amplius negans (§. 393.), per consequens fit adfirmans (§. cit.).*

Theor. §. 418. Omnes propositiones sunt vel vniuersales vel particulares (§. 376.). *Si itaque propositioni vniuersali adiciatur negatio, quae vniuersalitati signum adficit, propositio fit particularis; & vice versa, ubi propositioni particulari negatio addi.*

r. adeo
arritatem
erfald
ularter

edicant
ellu pro
414-415
ni pab
ertiam

prabla
compe
adesp
ondant
S. 112
ne fm

od par
cum
), 17

remant
e propa
is raga
re raga
one
pa pro
393-1

l vnta
ue rpa
e raga
vnta
ri rpa

ad
fu
lis
m
zu
ve
gan

em
rem
adfi
kat
sub
nan
vo
po
rela

additur, signum particularitatis adficiens, propositio vniuersalis.

§. 419. Cum omnis propositio sit vel vniuersalis vel particularis (§. 376.), nec non vel adfirmans, vel negans (§. 396.): *omnis propositio est vel vniuersalis adfirmans, vel vniuersalis negans: vel particularis adfirmans, vel particularis negans.*

Constituerunt veteres signa harum propositionum priores quatuor vocales, secundum versiculos: Adferit A, negat E; sed vniuersaliter ambo Adferit I, negat O, sed particulariter ambo, quos germanice quoque reddiderunt satis lepide sequentem in modum:

A. spricht von allen kräftig ja,
E. sagt von allen nichts ist da,
I. stimmt nur auf etliches ein,
Gleichwie das O. sagt etliches nein.

Sunt haec signa primitiua, quibus deinceps in constituendis signis deriuatiuis vsos esse Aristotelicos, cum primis in doctrina de syllogismis, capite sequenti videbimus.

§. 420. Cum propositio vera sit, quae rem ita enunciat, vti est (§. 371.), falsa autem, quae rem non ita enunciat, vti est (§. cit.); *propositio adfirmans vera est, si subiectum cum praedicato habet conuenientiam; negans autem vera, si subiectum & praedicatum habent disconuenientiam.* (§. 393.).

§. 421. Id, cuius oppositum impossibile est, Definit. vocatur *necessarium*: cuius vero oppositum est possibile, *contingens*.

§. 422. Quaelibet propositio requirit *idearum* relationem ad se inuicem (P. §. 70. 65.).

I 4 illa

ista *relatio* vel ita obtinet, vt impossibile sit eandem non habere locum, vel ita, vt tamen sit possibile eam aliquando non obtinere (per princ. exclus. med.), per consequens, *vel est necessaria vel contingens* (§. praeced.).

Definit. §. 423. *Modus propositionis* est vox, indicans, quomodo *relatio praedicati ad subiectum* (i. e. conuenientia vel disconuenientia eorum), sit comparata: vtrum scilicet sit necessaria, an contingens?

Schol. Nemini obscurum esse potest, logicos in hac materia vocem *modus* alio prorsus accipere significatu, quam supra factum est (§. 3.).

Definit. §. 424. *Propositio*, in qua deprehenditur *modus*, vocatur *modalis*; in qua autem *modus* non est, *absoluta*, siue *pura*.

Theor. §. 425. Voces, *necesse est*, *contingit*, & similes, sunt tales, quae *propositioni* adiici possunt, ad indicandum, quomodo *praedicatum relationem* habeat ad subiectum, seu subiecto conueniat, vel non conueniat (§. 422.), adeoque fieri possunt *modi propositionum* (§. 423.). Et cum omnis *relatio praedicati ad subiectum* vel necessaria sit, vel contingens (§. 422.), *adcurate non nisi duplicis generis modus est possibilis, quorum vnus indicat praedicatum ad subiectum relationem habere necessariam, alter contingentem*,

Schol. I. Interim, quia necessarium est, cuius oppositum impossibile (§. 421.), contingens, cuius oppositum possibile: quatuor numerare solent verustiores logici modos, scilicet: *necesse est*, *contingit*, *impossibile est*, *possibile est*: Vbi tamen obseruandum, possibile tum denotare aliquid, quod non est, esse tamen potest. Cum praeterea, si *necesse est*, aliquam idearum relationem esse, impossibile sit, eam non esse; non contingens sit, eam esse; non possibile sit, eam esse; sin vero *necesse est*, aliquam relationem

hic can-
sit pot-
lic. ex-
ura vel

ndicans
um (1.6
um), 2
, ad con-

licare
gerant

litur m-
odis ac

& sic
polic-
relis
o con-
quar-
Et
l nate
pate
relis

m.
um in-
otiam
oliers
e. 1499
um p-
e. 1499
aliqu-
e. 1499
pate
am m-
con-

tionem non esse, impossibile sit, eam esse; non contingens sit, eam non esse; non possibile sit eam esse: hinc patet, cur æquipolleant τ necessesse est, esse: non contingens est, esse; impossibile est, non esse; non possibile est, non esse, itemque τ necessesse est, non esse? impossibile est, esse; non contingens est, non esse; & non possibile est, esse, qui ergo modi pro se inuicem possunt substitui. Idem valet de reliquis. Si nimirum relationem quandam prædicati ad subiectum, contingens est esse: possibile est, eam non esse; non necessesse est, eam esse; non impossibile est, eam non esse; denique si contingens est, relationem quandam non esse; non necessesse est, eam esse; possibile est, eam esse; non impossibile est, eam esse. Hinc rursus æquipollent: contingens est, esse; possibile est, non esse; non necessesse est, esse; non impossibile est, non esse; item hæc locutiones sunt eadem: contingens est non esse, possibile est, esse; non necessesse est, esse; & non impossibile est, esse.

Suo non destituuntur vsu modi & modales propositiones, si quidem distinctæ inferuiunt cognitioni, dum simul manifestant, *quomodo* prædicatum subiecto vel conueniat, vel non conueniat. Ceterum, vt propositio modalis sit vera, non solum requiritur, vt illa prædicati ad subiectum relatio habeat locum, quæ significatur, sed eodem quoque modo, quam in propositione enunciatur.

Multa adhuc alia monere solent logici, v. g. modum adficere debere copulam; esse partem prædicati; quomodo qualitas modalis propositionis cognoscatur, earumque quantitas, & quæ sunt alia id genus: de quibus vero hic nihil addimus.

§. 426. Nonnunquam in propositione quadam vnicum tantum deprehenditur subiectum atque prædicatum: interdum plura.

Quoniam nimirum idem prædicatum nonnunquam

1 s

pluri-

pluribus subiectis potest esse commune, nonnunquam plura praedicata eidem competunt subiecto &c. ratio patet; cur interdum propositiones fieri queant, in quibus vno plura deprehenduntur subiecta vel praedicata, vel vtrumque.

Definit. §. 427. *Propositio simplex* vocatur, quae vnicum tantum habet subiectum atque praedicatum. *Propositio composita*, in qua deprehenduntur vno plura.

Conf. I. §. 428. In propositione itaque composita, vel plura subiecta, vel plura praedicata, vel & plura subiecta & plura praedicata occurrunt (§. praec.), per consequens propositio composita quaelibet plures continet simplices (§. cit.).

Conf. II. §. 429. Dantur ergo propositiones simplices & compositae (§. 427. & 426.).

Schol. Si in propositione plura sunt subiecta, vel praedicata, vel vtraque, illa connectuntur per eertas particulas, siue coniunctiones, quae cum sint syncategoremata: logici *propositiones* compositas adpellant *syncategoricas*, vti simplices adpellant *categoricas*, voce latius accepta. Quoniam propositiones compositae plures continent simplices, dicuntur a nonnullis *coniunctae*; immo sunt, qui eas generatim *hypohericas* nominant, voce hac itidem latius sumpta. Enumerabimus nunc potiores propositionum compositarum species, quae sunt variae, pro varietate particularum, siue coniunctionum.

Definit. §. 430. *Quaeritas* propositionum vocatur earum simplicitas, atque compositio.

Confect. §. 431. Propositiones itaque sunt ratione quaeritatis vel simplices, vel compositae (§. praeced.).

Definit. §. 432. In omni propositione & thesis & hypothesis deprehendatur necesse est (§. 364.), quae vel diserte exprimitur, vel minus. Si posterius, *propositio* vocatur *categorica*, stricto significato: si prius

nune. non
erunt. ubi
politice de
episcopatu
mque
at. per
pactum
etiam va

ompo
, vel
at (S
ita que

nes

vel
er
m
ompo
es
Quon
nunc
at
s non
num
stia
te

cat

ti
pro
he
364
p
m
p

prius *hypothetica*, & quidem, ubi hypothesis exprimitur per particulam conditionalem, vel causalem, ut composita fiat propositio, habes propositionem *conditionalem* vel *causalem*. In propositione conditionali ipsa conditio, quae scilicet rationem continet relationis duarum idearum, vocatur *antecedens*, *hypotesis*, *prius*; illud vero, quod sub ista conditione praedicatur, siue, quod in antecedente habet sui rationem, *consequens*, *thesis*, item *posterius* adpellatur. Ipse nexus antecedentis cum consequente, i. e. quod antecedens rationem continet, ob quam consequens habet locum, *consequentia* audit. *Copula in propositione conditionali* est ipsa particula conditionalis.

Particula nimirum conditionalis connectit antecedens & consequens; propositionum tamen simplicium, in conditionali contentarum copula, uti ordinarie, est verbum substantivum. RAMVS, *Ciceronem sequutus*, conditionales propositiones vocat *connexas*, quae tamen denominatio est generalis, & cuilibet propositioni compositae potest imponi. Schol.

§. 433. Propositio conditionalis enunciat, certam idearum relationem habere locum, si haec vel illa conditio habeat locum (§. praec.), adeoque est vera, si illud, quod enunciat, ita se habeat (§. 371.), per consequens, nihil requiritur ad veritatem propositionis conditionalis, nisi, ut nexus antecedentis cum consequente sit legitimus, atque adeo consequentia legitima (§. praeced.); siue antecedens & consequens in se sit verum, siue minus. Theor.

§. 434. Propositio conditionalis non simpliciter aliquid enunciat, sed tantum sub conditione (§. 432.), hinc *propositio conditionalis nihil ponit in esse*. Theor.

- Theor.** §. 435. In propositione conditionali consequens ab antecedente debet dependere (§. 432.). Quodsi ergo conditio sit impossibilis, consequens non habet locum, nisi fortassis alia possit esse conditio, sub qua quidem consequens obtinere queat. Hoc ergo casu reuera adferitur, consequens non esse, adeoque *conditio impossibilis facit propositionem negantem* (§. 393.).
- Definit.** §. 436. *Necessitas consequentiae* deprehenditur interea, quorum vno posito, alterum simul ponitur.
- Conf. I.** §. 437. Posita ratione ponitur id, cuius est ratio, siue *rationatum* (per Ontol.), ergo inter rationem & rationatum datur necessitas consequentiae (§. praeced.), itemque inter propositiones, quarum vna continet rationem veritatis alterius.
- Conf. II.** §. 438. Per consequens in qualibet propositione conditionali, si debet esse vera, derur oportet necessitas, consequentiae (§. praeced. & 433).
- Definit.** §. 439. *Necessitas consequentis* vocatur, si consequens in propositione conditionali est necessarium verum.
- Theor.** §. 440. Consequens in propositione conditionali potest esse falsum, licet propositio conditionalis sit vera (§. 433.), sed fieri etiam potest, ut id, quod tanquam consequens ponitur in propositione conditionali sit necessarium verum, licet ex antecedenti non sequatur, quia nimirum propositio conditionalis est falsa (§. cit.). Hinc *a necessitate consequentiae ad necessitatem consequentis, & vice versa, a necessitate consequentis ad necessitatem consequentiae concludere non licet* (§. 439. 436.).
- Probl.** §. 441. *Vt resoluetur conditionalis propositio in suas simplices, ex quibus componitur, sumatur antecedens seorsim, itemque consequens, & quodlibet,*

tionali con
ere (S. 4)
is, con
ollit
bun
nfe
fau

depre
am

, cures
ergo in
is con
opolit
atus al
prose
lerur
d. & ap
atur.
i est

ne con
o con
n por
ur in
m, lic
um
H
11. 22
22

op
men
& q
lic

libet, nisi iam habeat propositionis formam, in eandem redigatur.

De propositionibus causalibus nihil seorsim hic ad Schol. notamus.

§. 442. Opposita sunt, quorum vnum inuoluit Theor. negationem alterius (§. 337.). Cum ergo item simul esse & non esse haud possit (P. §. 76.): ideae & praedicata opposita eidem tertio conuenire non possunt. Porro ea, quorum vnum non inuoluit negationem alterius, si eidem tertio inesse ponantur, non oritur contradictio (P. §. 19.), per consequens possibile est, vt tertio cuidam insint (P. §. 20.), ergo quae eidem tertio inesse non possunt, eorum vnum negationem alterius inuoluat necesse est; consequenter sunt opposita (§. 337.).

§. 443. Possent ergo opposita definiri per ea, Consect. quae in eodem tertio non consistere queunt (§. praeced.).

§. 444. *Propositio disiunctiua* est, in qua plura Definit. subiecta vel praedicata connectuntur per particulam disiunctiuam.

§. 445. *Propositio ergo disiunctiua* est talis, Consect. in qua vel ex pluribus praedicatis vnum tantum subiecto tribui posse adfirmatur, sed quodnam eorum ipsi competat, non determinatur; vel praedicatum aliquod ex pluribus subiectis vni tantum tribui posse adferitur, sed cuiquam, non determinatur (§. praeced.). Priorem *disiunctiuam respectu praedicati*, posteriorem *respectu subiecti* doctrinae gratia vocabimus.

Propositio disiunctiua itaque potest generatim defini Schol. niri, quod sit talis, quae enunciat, vni tantum ex pluribus enumeratis certam competere posse relationem ad aliquod obiectum, sed cuiquam, non determinat.

§. 446.

§. 446. Plura illa in propositione disiunctiua adducta, ex quibus vni tantum relationem ad aliud competere posse adferitur, sed cuiquam, non determinatur, dicuntur *membra disiuncta*.

Theor. §. 447. In propositione disiunctiua vni tantum ex membris disiunctis aliquam relationem ad aliud tribui posse adferitur (§. 445.), per consequens membra illa non simul in eodem subiecto debent posse habere locum, consequenter *membra disiuncta debent sibi esse vere opposita, siue se excludere* (§. 446. 442.).

Theor. §. 448. Si in propositione disiunctiua non omnia membra opposita enumerentur, fieri potest, vt nullum ex omnibus adductis illam habeat relationem ad alterum extremum, quam propositio disiunctiua debebat enunciare. Quod cum sit contra naturam propositionis disiunctiuae (§. 445.): *propositio disiunctiua quaelibet plenam requirit membrorum disiunctorum enumerationem*.

Consect. §. 449. Vera itaque est propositio disiunctiua, si & membra disiuncta sunt vere opposita, & plene enumerata (§. praec. 447. & 371.), sin vero alterutrum horum requisitorum deficiat: est falsa (§§. citt.).

Theor. §. 450. Cum in propositione disiunctiua membra debeant esse opposita (§. 447.), & plene enumerata (§. 448.), sequitur, vt, si vnum eorum habeat locum, alterum vel reliqua sint tollenda; & si vnum vel aliqua ex adductis non habeant locum, alterum, vel si plura adsint, vnum ex reliquis sit ponendum. Per consequens *disiunctiua quaelibet facile in conditionalem propositionem potest mutari* (§. 432.).

Definit. §. 451. *Propositio copulatiua* est, in qua plura subiecta, vel praedicata, vel vtraque, siue plura extrema, combinantur per particulam copulatiuam.

§. 452.

§
vt v
vel p
plur
Con
ua
inc

pu
reh
hab
qua
371.
et f.
Si

§. 452. Inuoluit ergo propositio copulatiua, Conf. I.
 vt vel vni subiecto plura tribuantur praedicata,
 vel pluribus subiectis vnicum praedicatum, vel
 pluribus subiectis plura praedicata (§. praeced.).
 Consequenter membra in propositione copulati-
 ua sibi non debent repugnare, seu non esse sibi
 inuicem opposita (§. 443.).

§. 453. Ad veritatem ergo propositionis copulatiuae requiritur, tum vt quodlibet membrum Conf. II.
 reliquis non repugnet, tum vt quodlibet eorum
 habeat illam relationem ad alterum extremum,
 quae in propositione significatur (§. praeced. &
 371.), quodsi vero alterutrum horum non est,
 est falsa (§§. citt.).

Si propositio conditionalis, disiunctiua, itemque Schol. I.
 copulatiua sit falsa, negari debet, praeponendo
 eidem particulam negatiuam, vbi propositio
 conditionalis negans, item disiunctiua & copu-
 tiua negans oritur.

Aliæ adhuc deprehenduntur particulae, quae propo- Schol. II.
 sitiones compositas efficere possunt, v. g. *relatiuae*,
aduersariuae, *occupatiuae*, & *illariuae*, vnde eius-
 dem nominis propositiones ortum trahunt Quo-
 niam vero propositiones illatiuae sunt syllogisimi,
 adeoque ad caput sequens pertinent; reliquae
 autem ratiociniis adcommodatae non sunt, adeo-
 que ad logicam non spectant: nihil de iisdem
 hic addimus. Progredimur ad *propositiones*, quas
exponibiles vocant, & compositis, saltim implicite
 talibus, logici adnumerare solent. Hoc tantum
 adhuc notamus, in vna eademque propositio-
 ne variam compositionem posse locum habere,
 nec non propositionem tantum incidentem posse
 interdum esse compositam, quo casu *propositio*
est simplex de extremo composito.

§. 454. Dantur termini, qui, si adhibeantur in Exper.
 propositione, aliquam iis inferunt obscuritatem,
 quam si remouere velimus, eiusmodi propositio in
 plures alias est resoluenda. §. 455.

Definit. §. 455. Propositio, propter terminum aliquem obscuritate quadam laborans, quae per aliquot alias est tollenda, vocatur *propositio exponibilis*, quia scilicet aliqua expositione siue explicatione habet opus, item *modalis secundario talis*. Opponitur ei *propositio absoluta*.

Schol. Quia eiusmodi termini sunt varii generis, varii quoque generis dantur exponibiles propositiones. Sunt enim vel *exclusivae*, vel *exceptivae*, vel *reducativae*, vel *comparativae*, vel *inceptivae*, vel *descriptivae*, vel *continuativae*, vel *exhibitivae*.

Definit. §. 456. *Propositio exclusiva* est, in qua relatio alicuius ideae tribuitur vni, vel aliquibus inferioribus ideae cuiusdam, de reliquis vero negatur. *Propositio exceptiva* est, quae enunciat relationem quandam competere omnibus alicuius ideae inferioribus, vnico vero vel aliquibus non convenire.

Schol. Exclusiva propositio formatur ope particularum exclusivarum; exceptiva ope exceptivarum. Prioris generis sunt: *solus*, *duntaxat*, *tantum* &c. posterioris: *praeter*, *excepto*, *praeterquam* &c. Si particula exclusiva adficit subiectum propositionis, habemus *propositionem exclusivam exclusi subiecti*; si praedicatum, *exclusivam exclusi praedicari* si vero signum particularitatis in propositione obuium, *exclusivam exclusi signi*. Quod discrimen non est nullius momenti. Interdum particula exclusiva pertinet tantum ad propositionem incidentem, tunc efficit *propositionem absolutam de extremo excluso* siue *exclusivo*. Non raro quoque particula exclusiva expressa quidem non est, sed ex sensu tamen satis adparet, esse illam subintelligendam, unde resultat *propositio virtualiter exclusiva*. quale quid v. g. locum habet, si duo sunt inferiora alicuius ideae, & vni eorum aliquid tribuitur, quod alteri denegatur: tunc enim idem sane est, ac si vni horum inferiorum soli illud

clu
ver
run
riun
Vac
vel
qui
ner
pla
pro
(S.
S.
quo
inter
& i
fir
quo
illa

ne
II
e
9
9

illud diserte tribuerem. Quae dicta sunt de propositione exclusiua, identidem valent suo modo de exceptiua. Ceterum alii definiunt *propositionem exclusiuam*, quod sit talis, in qua particula exclusiua; *exceptiuam*, in qua particula exceptiua aliquam obscuritatem creat.

§. 457. Fundamentum ergo propositionis exclusiuae & exceptiuae est difficultas aliqua vniuersalitatis. Vniuersaliter nimirum loqui voluerunt homines, sed vnum vel aliquot in contrarium deprehenderunt exempla, siue inferiora. Vnde vel istud exemplum adduxerunt, & iisdem vel eidem oppositum eius tribuerunt, quod alioquin competeret omnibus; vel loquuti sunt vniuersaliter, ita tamen vt exemplum illud, vel exempla illa statim exciperent. Priori modo orta est propositio exclusiua; posteriori vero exceptiua (§. praeced.).

§. 458. In exclusiua ergo propositione non quoduis aliud ens excluditur, sed tantum reliqua inferiora sub eadem idea contenta (§. 456. 457.); & in propositione exceptiua idea, a qua exceptio fit, vniuersalis sit oportet, nec non exemplum quod excipitur, sit inferius illius ideae, siue sub illa idea comprehendatur (§§. cit.).

§. 459. *Propositio exponitur*, si illae propositiones euoluuntur, quae in eadem sunt contentae. Illae *propositiones*, in quas resoluitur propositio exponibilis, vocantur *exponemes*. Speciatim illa, quae exhibent propositionem absque particula obscuritatem creante, *praeiacens*; quae vero ipsum sensum propositionis exponibilis potissimum declarat, *postiacens* audit, item *aequipollens* quoniam aequipollet exponibili, nec non *exponens*, voce strictius accepta, siquidem illa potissimum est, quae exponibilem explicat.

Cornii, Logica.

K

§. 460.

- Probl. §. 460. *Quomodo exponendae sint propositiones exclusivae, ex earum definitionibus patet. Quaelibet enim duo in se continet, adeoque per duas alias propositiones est exponenda, quorum altera praeciens est, postiacens altera (§. praeced.).*
- Schol. Qualitatem propositionis exclusivae & exceptivae diiudicaturus respiciat ad sensum illarum, siue id quod inuoluunt. Quaelibet nimirum ex illis & negatiuam & affirmatiuam propositionem inuoluit.
- Definit. §. 461. *Propositio, quae enunciat, quatenus certa idearum relatio locum inueniat, siue quatenus praedicatum subiecto competat, vel non competat, vocatur propositio reduplicatiua, siue restrictiua, item limitatiua.*
- Schol. Particulae eiusmodi reduplicatiuae sunt v. g. *quatenus, quoad, secundum, iuxta, prout, in quantum.* Ratio denominationis est, quia in propositione reduplicatiua vnum extremorum repetitur, seu duplicatur, idque vel per se, vel saltem per aliquid ad ipsum pertinens.
- Definit. §. 462. *Vnum alteri competit, vel non competit, aut quatenus hanc vel illam habet essentiam, vel attributa, aut quatenus hoc vel illo praeditum est modo, seu accidente praedicabili, aut qua certam aliquam partem. Vnde oritur propositio declaratiua, quae primum; restrictiua, quae secundum; denique limitatiua, quae tertium exprimit.*
- Schol. Patet, voces *propositio restrictiua & limitatiua* angustius hic sumi, quam §. 461. vbi erant synonyma vocis: *propositio reduplicatiua*, hic vero species illius denotant.
- Theor. §. 463. *In propositio ne declaratiua vnum alteri tribuitur vel denegatur, quatenus hanc habet essentiam vel haec attributa (§. praeced.), siue quatenus ei competit, vel competunt, hoc vel haec*

episcopi
Quo
cordas
militia
cedi
morum
rum
um
pauca

quam
que
vel
milia

et
ut
in
m
m

non
ab
de
red
ide
qu

de
m
m

omn
de
de
de
de

haec
con
fubie
ter ()
nu a
X

§.
redu
relat
audi
dere
to t
§
tur
cat
per
tum
(§.
ms
qua
ex t
§
red
deb
ex
h

haec praedicata necessaria (§. 421. & 1.), per consequens propositio declaratiua est talis, cuius subiectum respectu praedicati sumitur vniuersaliter (§. 385.), per consequens *propositio declaratiua est vniuersalis* (§. 374.).

Intelligitur hinc regula logicorum, a quatenus Schol. (scil. declaratiuo,) ad omne, i. e. ad propositionem vniuersalem, valet consequentia.

§. 464. Illud, quod duplicatur in propositione reduplicatiua, vocatur *reduplicatum*; id quod relationem habere ad reduplicatum significatur, audit *determinatum*. Denique *determinans* siue *determinatio* est illud, secundum quod reduplicato tribuitur relatio determinati. Definit.

§. 465. In propositione reduplicatiua significatur 1) aliqua relatio determinationis ad reduplicatum, siue quod terminatio reduplicato competat, 2) relatio determinationis ad determinatum, denique 3) reduplicati ad determinatum (§. 464. 467.). *Propositio* itaque *reduplicatiua* tres alias propositiones inuoluit (P. §. 70. 65. quarum quantitas, qua ratione sit inuestiganda, ex supra (§. 387.) dictis adparet. Theor.

§. 466. Si quis exponere velit propositionem reduplicatiuam, per tres propositiones id fieri debere, & quomodo illae sint eruendae, patet ex §. praeced. Probl.

Integer syllogismus latet in propositione reduplicatiua. Alii expositionem illius ita instituerent, ut duae tantum fiant propositiones, quarum prior relationem exprimat reduplicati ad determinatum; posterior vero ipsam determinationem exprimat, i. e. vel rationem, eam, vel respectum, vel partem, secundum quam determinatum cum reduplicato relationem habeat, enunciet. Schol. I.

Quid sit *propositio absoluta de extremo reduplicato*, patet Schol. II.

ex antecedentibus, si nimirum propositio incidens tantum sit reduplicatiua. Si particula reduplicatiua in propositione quadam non quidem exprimitur, subintelligenda tamen est, propositio illa est *reduplicatiua*, sed *virtualiter*, siue *implicite talis*.

Schol.III. Potest hac occasione facile declarari, quid per *sensum compositum*, atque *diuisum* intelligant logici. Licet enim non omnes easdem hac de re foueant explicationes, nos, probatissimos logicorum sequuti, *sensum compositum* dicimus habere locum, si idea quaedam sub certa determinatione siue formalitate spectatur, eique cum illa determinatione, siue formalitate consideratae, siue quatuor, relatio aliqua ad aliud quoddam tribuitur. Quodsi vero eiusmodi relatio tribuitur tantum alicui ideae quae talis est, siue quae illam determinationem habet, non vero praecise quatenus eandem habet, siue illi ideae, quae quidem ea determinatione gaudet, sed nunc eadem non attenda, *sensus diuisus* obtinet.

Definit. §. 467. *Propositio comparatiua* est in qua relatio alicuius pluribus, sed inaequaliter, tribuitur.

Consect. §. 468. In Propositione itaque comparatiua instituitur comparatio respectu alius cuiusdam, siue vni ex pluribus magis competere, quam reliquis, vel alteri, adseritur (§. praeced.).

Schol. Formari solet propositio comparatiua ope partium comparatiuarum v. g., *magis*, *plus*, *maxime*, *minus* &c. quae nonnunquam exprimentur, non raro tamen in voce quadam occultantur, v. g. in verbis, vel gradu comparatiuo, vel superlatiuo. Vbi propositio tantum incidens comparatiua est, propositio manet *absoluta*, sed *de extremo comparatiua*. *Propositio virtualiter comparatiua* est, vbi non aliqua ratione ex ante memoratis, propositionem comparatiuam esse significatur, sensus tamen eandem comparatiue esse accipiendam, innuit.

Ad

proprio in
particula:
non qu
amen et
ad vider

quid per
alligant
de re me
logorum
habet
in
illa cer
sive p
am ubi
viter
e illam
scite qu
de quib
caus

it in
er, m
ompar
s eius
quas
d.),
de par
er, m
ompar
er, r. g. a
erit
ratione
o comp
v. b. h
positio
amen

n
re
cu
tu
q
r
p
il
m
m

p
co
r

ca
4
fi
p
v
ra

ci
ti
d

Ad omnem ergo propositionem comparatiuam **Confect.**
 requiruntur 1) res, quibus inaequaliter tribuitur
 relatio quaedam alterius, siue quae respectu ali-
 cuius relationis inter se comparantur, & vocan-
 tur *comparata* siue *termini comparationis*; 2) ali-
 quid, respectu cuius comparantur, siue quod plu-
 ribus tribuitur inaequaliter, hoc est *tertium com-
 parationis*; 3) vt tertium comparationis pluribus
 illis competat inaequaliter, vbi tum istud, cui
 magis competit, *comparatum maius*; cui vero
 minus tantum, *comparatum minus* vocatur. **Definit.**

§. 469. Si tertium comparationis cuilibet com-
 paratorum conuenit, habes propositionem *proprie
 comparatiuam*, si vni tantum; *improprie compa-
 ratiuam*; si nulli, *improprissime comparatiuam*.

Schol.

Fundamentum propositionum improprie compa-
 ratiuarum est, quod bonum praestat malo; impro-
 priissime comparatiuarum autem, quod malum
 minus est bonum respectu maioris.

§. 470. *Quomodo exponi debeant propositiones* **Probl.**
comparatiuae, satis intelligitur ex §. 467: 468.

469. Hoc solummodo notetur, quod in propo-
 sitionibus improprie comparatiuis in vno com-
 paratorum, in improprissime comparatiuis
 vero in quolibet comparatorum tertii compa-
 rationis oppositum sit adsumendum (§. 469.).

§. 471. *Propositio*, quae aliquid incepisse enun- **Definit.**
 ciat, *inceptiua*; quae continuationem, *continua-
 tiua*; quae finem, siue τ° desinere siue desuisse,
desitiua vocatur.

Cum τ° *incipere* negationem respectu temporis praeteriti, adfirmationem ratione praesentis: τ° *conti-
 nuare* adfirmationem respectu & praeteriti & **Schol.**
 praesentis temporis; τ° *desinere* respectu praeteriti
 adfirmationem, negationem ratione praesentis
 innuat: hinc elucet, quod quaelibet harum pro-
 positio-

- positionum duas inuoluat alias, in quas ergo resoluenda est; si exponere eandem velis.
- Definit.** §. 472. *Propositio*, in qua loco subiecti ponitur pronomen demonstratiuum, ad alicui aliquid exhibendum, quod constat ex duabus inter se connexis rebus, principali altera, sed sensui minus patente, altera minus principali, sensui tamen magis obuia, quarum prior in praedicatione exprimitur, posterior vero minus, vocatur *propositio exhibitiva*, siue *synecdochica*, *demonstratiua*, item *comprehensua*. Res illa minus principalis, in praedicatione non expressa, utpote sensui satis manifesta, dicitur *vehiculum*, item *organon*, siue *instrumentum exhibitivum*.
- Consect.** §. 473. Inuoluit ergo exhibitiva propositio 1) relationem pronominis demonstratiui ad vehiculum, 2) ad rem principalem, 3) nexum rei principalis cum vehiculo, siue quod res principalis *in*, *cum*, & *sub* vehiculo exhibeatur (§. praeced.).
- Probl.** §. 474. *Si quis ergo exhibitivam propositionem est expositurus*, quid ipsi faciendum sit, ex (§. praec.) videmus. Tres nimirum formandae sunt propositiones, quarum quaelibet quid enunciare debeat, ex §. cit. facile est ad intelligendum.
- Schol.** Propositiones exhibitivae non sunt statim impropriae vel etiam tautologicae, licet illas esse posse tales, non repugnet. Nunc addemus quaedam de diuisione propositionum ratione methodi mathematicae.
- Definit.** §. 475. *Propositio indemonstrabilis* est, cuius veritas terminis intellectis patet. *Demonstrabilis* siue *demonstratiua*, cuius veritas non statim terminis intellectis patet.
- Schol.** *Propositio indemonstrabilis* nonnunquam vocatur, quae vera est, & prorsus demonstrari nequit, siue absolute indemonstrabilis est. Nos cum WOLFIO & aliis non ita eandem vocem adsumere, est manifestum. §. 476.

in quibus
idem vel
oco sub
ad alia
duabur
a, fed
bali, fen
ora dione
ocatur p
demon
inus p
note fen
item p

itina p
strati
nexus
es p
S. p
m p
um
form
qui
e
re
re
ad
ra

is
D
is

qu
in
es
a

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150

151
152
153
154
155
156
157
158
159
160

§. 476. Propositiones itaque indemonstrabiles probatione non egent (§. praeced.), adeoque sunt principia cognoscendi indubitata (§. 78.). Consect.

§. 477. *Propositio theoretica* adpellatur in qua tantum relatio quaedam praedicati alicuius ad subiectum quoddam significatur; *practica* vero, quae enunciat, quomodo aliquid sit faciendum. *Propositio theoretica indemonstrabilis* vocatur *axioma*; *practica indemonstrabilis*, *postulatum*. *Theorema* est propositio theoretica demonstratiua; *problema* est propositio practica demonstratiua. Definit.

Alii terminis hisce paulo aliter vtuntur. Praesertim Schol. nonnulli problema vocant propositionem quamcunque, de qua in vtramque partem disputari potest. Ceterum ad theorema duae requiruntur partes, ipsa nimirum propositio demonstranda & demonstratio; ad problema vero tres, propositio scilicet ipsa, siue *quaestio* modus operandi, qui vocatur *solutio problematis*, & *demonstratio*.

§. 478. Axiomata ergo & postulata sunt principia indubitata (§. 476.). Consect.

§. 479. *Propositio identica* siue *tautologica* est, in qua idem est subiectum & praedicatum, siue cuius subiecto & praedicato eadem respondet idea. Definit.

Quidam ad propositionem identicam requirunt, vt praedicatum & quoad sensum, & quoad vocem sit idem cum subiecto; nonnulli tantum, vt praedicatum sensu aequipolleat subiecto, si vel maxime quoad vocem differat ab eodem. Ad *propositiones* identicas referuntur quoque illae, in quibus praedicatum est pars subiecti, quae vocantur *ex parte identicae*.

§. 480. *Definitio adplicans* est propositio (§. 277. Schol.), cuius subiectum & praedicatum sunt eadem (§. 298.): *definitio ergo adplicans est propositio*

positio identica (§. 479.), si vero pars definitionis de subiecto praedicatur, est propositio ex parte identica (§. praeced. Schol.).

Theor. §. 481. Quia *propositio identica* praedicatum habet idem cum subiecto (§. 479.), ipsis terminis intellectis cuilibet statim patebit eius veritas, per consequens *propositio identica est indemonstrabilis* (§. 475.). Si itaque praeterea sit *theoretica, est axioma* (§. 477.).

Theor. §. 482. *Propositio, quae ex unica definitione sequitur*, legitime formata statim tanquam vera terminis intellectis patet, modo illa definitio adducatur, adeoque *est indemonstrabilis* (§. 475.), & quidem, si *theoretica est, axioma; si practica, postulatum* (§. 477.).

Schol. Habemus hic species axiomatum & postulatorum, unde axioma & postulatum in genere ita definiiri non debent.

Theor. §. 483. Axiomata & postulata sunt propositiones, quarum veritas ipsis terminis intellectis patet (§. 477.); theoremata vero atque problemata non item (§. cit.). *Propositiones ergo theoreticae & practicae, quae ex pluribus definitionibus erui debent, illo demum casu theoremata sunt & problemata, si earum veritas non statim ex ipsis terminis patet* (§. cit.).

Theor. §. 484. Problema est propositio, quae enunciat, quid sit faciendum, si certum scopum obtinere velimus (§. 477.). Ex quolibet ergo problemate fieri potest propositio, enunciata, si hoc vel illo modo agamus, hoc vel illud inde provenire, consequenter, quae tantum enunciat aliquam relationem duarum idearum. Ergo problema quodcumque mutari potest in propositionem theoreticam (§. cit.). Cum vero in problemate requiratur demonstratio, quod effectus desiderari

derati
scribitur
proposita
facta, 1
nondu
que m
§. 4
sunt pi
ante po
inferun
Corol
cipi
qu
die
liq
bus
iud
§. 48
nerale
mus, c
(§. pra
Eius
inte
tur
§. 4
quae i
eius pr
lia sunt
di solet
hibean
Abso
Ref
tium
§. 4
quae d
spectat
nem al

derati participes euadamus, si istum, qui praescribitur, agendi modum obseruemus (§. cit. Sch.): propositio quoque illa theoretica ex problemate facta, probatione indigebit, adeoque ex terminis nondum erit manifesta. *Problema ergo quodcumque mutari potest in theorema* (§. cit.).

§. 485. *Corollaria, consecutaria, siue porismata* Definit. sunt propositiones demonstratiuae, quae ex aliis antepositis absque multo ratiociniorum adparatu inferuntur.

Corollarii & consecutarii vox interdum adeo late accipitur, ut denotet propositionem quamcunque, quam ex alia deducimus. Solent tamen hodie ut plurimum consecutaria siue corollaria reliquis adhuc enumeratis propositionum speciebus contradistingui, ea quidem ratione, quam iudicauimus. Schol.

§. 486. Quodsi ergo principium aliquod generale statim ad casum specialiozem adplicemus, consecutarium habemus, siue corollarium (§. praeced.). Consect.

Eiusmodi propositiones solas quidam per corollaria intelligunt, atque adeo voce illa strictius videntur, quam nos. Schol.

§. 487. *Lemma* est propositio demonstratiua, quae in aliquam disciplinam ex alia transfumitur, eius probatione ex ista disciplina supposita. *Scholias* sunt propositiones, quae adhuc enumeratis addi solent, ut alia, vtilitatem habentia in iis exhibeantur. Definit.

Absoluimus ita varias propositionum diuisiones. Schol.

Restat, ut de adfectionibus propositionum relationis quaedam addamus.

§. 488. *Adfectio propositionis* est vel *absoluta*, Definit. quae de illa potest cognosci absolute, siue in se spectata, i. e. non habito respectu ad propositionem aliam; vel *relatiua* siue *respectiua* quae etiam

aut eorum adfectio propositionis vocari solet, quae de propositione tantum potest cognosci, si ad aliam referatur, siue habito respectu ad aliam propositionem.

Definit. §. 489. *Oppositio propositionum* est illa earum adfectio, vi cuius vna negat, quod altera affirmat.

Propositiones oppositae sunt, quarum vna affirmat, quod altera negat.

Theor. §. 490. Idem non potest simul esse & non esse

(§. 76.); quod si ergo illud est, quod vna propositionum oppositarum enunciat: non potest simul

illud habere locum, quod in altera significatur (§. praeced.), per consequens, si vna propositionum

oppositarum est vera, altera erit falsa (§. 371.), siue utraque simul non potest esse vera (§. cit.).

Definit. §. 491. *Oppositio propositionum materialis* est,

quae obtinet in propositionis materia, siue ratione extremorum; *formalis*, quae in forma propositionum, siue in qualitate.

Consect. §. 492. Propositiones itaque materialiter oppositae sunt eiusdem qualitatis, sed vnum extremum alterius earum oppositum sit necesse est extremo vni in altera obuiio (§. praeced. & §. 349.

Schol.). Propositiones autem formaliter oppositae eiusdem debent esse subiecti & praedicati,

sed diuersae qualitatis (§§. cit. & 397.). Per consequens vna earum semper erit affirmans, altera negans (§. 398.).

Definit. §. 493. *Idae oppositae* sunt vel contradictorie vel contrarie oppositae. *Contradictorie oppositae* sunt, quarum vna alteram simpliciter negat, nec praeterea aliquid ponit; *contrarie oppositae* vero, quarum vna alteram negat, praetereaque aliquid ponit.

Consect. §. 494. *Oppositio itaque propositionum materialis* est vel *contradictoria* vel *contraria* (§. praeced.),

s vout
poter
ono

u en
alter
rum

te &
od
on pot
gnit
pres
ra (S
vater
clat
con

al
nu
ec
s. f
lic
pres
p
m

re
re
re
re
re

re
re
re

ce
pro
po
ri
ne
la
liq
cip
du
int
vel
bu
fec
illi
(9
me
ciu
37
fer
Du
dic
ma
iec
fal
sub
ad
pro
ffe
vni
ver
po

ced.); prout idea vnius propositionis idea alterius propositionis vel contradictorie vel contrarie opposita est.

§. 495. *Oppositio formalis propositionum contraria* Definit. vocatur, quae obtinet inter duas propositiones vniuersales; *subcontraria* inter duas particulares; *contradictoria*, quae locum habet inter reliquas oppositas; quae rursus diuiditur in *principalem*, quando sibi opponuntur propositiones diuersae quantitatis; & *minus principalem*, quae intercedit inter propositiones duas singulares, vel indefinitas.

§. 496. Dantur praedicata, quae neque omni- Theor. bus alicuius ideae competunt, neque etiam nulli, sed quibusdam inferioribus, vel cuidam inferiori illius conueniunt, aliis autem, vel alteri minus (qualia sunt modi). Si ergo propositionem formemus, in qua omnibus illius ideae inferioribus eiusmodi praedicatum tribuitur, ea falsa erit (§. 371.), item si in propositione alia de omnibus inferioribus illud negemus, itidem erit falsa (§. cit.). Duae ergo propositiones, in quarum vna praedicatum aliquod de subiecto vniuersaliter affirmatur, in altera idem praedicatum de eodem subiecto vniuersaliter negatur, ambae possunt esse falsae; consequenter duae propositiones eiusdem subiecti & praedicati, quarum vna vniuersalis affirmans, altera vniuersalis negans, siue *duae propositiones contrarie oppositae* (§. 495.), *possunt esse simul falsae*.

§. 497. Concludere itaque non licet a falsitate Confess. vnius propositionum contrarie oppositarum ad veritatem alterius (§. praeced.).

§. 498. Propositiones contrarie oppositae non Theor. possunt esse simul verae (§. 496.), per consequens a veris

a. veritate vnus ad falsitatem alterius semper concludere possumus.

Theor. §. 499. Modi alicuius ideae cuidam vel quibusdam illius inferioribus possunt conuenire, cum alijs non conueniant. Si ergo formemus duas propositiones, quarum vna modum alicuius ideae cuidam vel quibusdam eius inferioribus competere, altera vero cuidam vel quibusdam non competere adferit, vtraque potest esse vera, si in qualibet earum alia inferiora intelligantur (§. 371.). Propositiones itaque duae particulares, quarum vna negat, quod altera adfirmat, siue duae particulares oppositae (§. 489.) subcontrarie oppositae (§. 495.), possunt esse simul verae, nisi de iisdem inferioribus in vtraque propositione sit sermo: hoc enim casu non vtramque posse esse veram patet (P. §. 76.).

Conf. I. §. 500. A veritate itaque vnus propositionum subcontrarie oppositarum ad falsitatem alterius haud legitime concluditur (§. praeced.).

Conf. II. §. 501. Propositiones ergo subcontrariae non semper sunt oppositae (§. 499. 490.), nisi eo casu, quo de iisdem inferioribus subiecti sit sermo (§. 499. 489.).

Axioma. §. 502. Quodlibet vel est, vel non est.

Schol. Vocatur haec propositio principium exclusi medij inter duo contradictoria, quod in Ontologia ex principio contradictionis demonstratur, hic vero, ceu axioma adsumitur, vtpote experientiae satis conforme.

Theor. §. 503. Praedicatum quodcunque aut competit inferiori cuidam, vel inferioribus quibusdam alicuius ideae, aut minus (§. praeced.). Iam propositionum subcontrarie oppositarum vna praedicatum aliquod cuidam vel quibusdam subiecti inferioribus tribuit, denegat altera (§. 495.), consequenter propositionum subcontrarie oppositarum vna semper est vera altera falsa (§. 371.).

§. 504.

S
sobi
vale
S
fira
zai
lice
fit
ade
con
com
sequ
mo
qu
vni
sub
tis
posi
S
se
om
vel
bus
non
posi
vera
ne
pues
S
quo
neu
prop
mer
lat

§. 504. Ergo a falsitate vnius propositionum **Consect.**
subcontrarie oppositarum ad veritatem alterius
valet consequentia (§. praeced.).

§. 505. Cum *propositiones contradictorie oppo-* **Theor.**
fitae non simul possint esse verae (§. 496.), a *veri-*
tate vnius ad alterius falsitatem tuto concludere
licet. Praeterea, cum quodlibet vel sit vel non
sit (§. 502.), alterutra semper erit vera (§. 371.),
adeoque vtraque falsa esse nequit (P. §. 76.), per
consequens *a falsitate vnius ex propositionibus*
contradictorie oppositis ad veritatem alterius con-
sequentia iidem est legitima.

§. 506. *Propositiones* duae eorundem extre- **Definit.**
morum, eiusdemque qualitatis, sed diuersae
quantitatis, dicuntur *subalternae*; & propositio
vniuersalis ex iisdem, *subalternans*; particularis,
subalternata. Relatio propositionis subalternan-
tis ad subalternatam dicitur *subalternatio pro-*
positionum.

§. 507. Idem non potest simul esse & non es- **Theor.**
se (P. §. 76.), quodsi ergo praedicatum quoddam
omnibus inferioribus alicuius subiecti competat,
vel non competat, idem quoque cuidam vel qui-
busdam inferioribus illius subiecti competat, vel
non competat, necesse est; per consequens *pro-*
positione subalternante vera, subalternata etiam
vera sit oportet (§. 506. 371.), siue *a propositio-*
ne vniuersali vera ad particularem veram conse-
quentia valet.

§. 508. Dantur praedicata, quae vni, vel ali- **Theor.**
quot inferioribus subiecti cuiusdam competunt,
neutiquam vero omnibus (§. 496.). Licet itaque
propositio subalternans falsa sit; subalternata ta-
men potest esse vera (§. 506. & 371.). *A falsi-*
tate ergo subalternantis, siue vniuersalis, ad falsi-
titatem

fitatem subalternatae, siue particularis, non valet consequentia; neque a vera subalternata, siue particulari ad veram subalternantem, siue vniuersalem, concludi legitime potest.

Theor. §. 509. Quodsi aliquod praedicatum ne vni quidem, vel aliquot subiecti cuiusdam inferioribus competit, neque competit omnibus (per princ. contradict.). Ergo a falsitate subalternatae, siue particularis propositionis, ad falsitatem subalternantis, siue vniuersalis, recte concluditur. (§. 506. & 371.).

Definit. §. 510. *Conuersio propositionis est mutatio eius in aliam talis, vt ex praedicato prioris fiat subiectum, & ex subiecto prioris praedicatum, eadem extremorum relatione & quantitate seruata: vbi tum prior illa propositio, cuius extrema in altera transponuntur, conuersa, vel etiam conuertenda, posterior vero, ex illa orta, conuertens vocatur.*

Schol. Alii, non satis licet accurate, hisce denominationes permutant.

Theor. §. 511. In omni propositione reperitur extremorum ad se inuicem relatio (P. §. 65.), quam tolli, si subiectum fiat praedicatum, & praedicatum subiectum, nulla est sufficiens ratio, siquidem eadem manent ideae & locus nihil in re mutat. Hinc ex qualibet propositione potest fieri alia, eorundem sed transpositorum tantum extremorum; per consequens: *omnis propositio conuertibilis* (§. praeced.).

Schol. Fundamentum itaque conuersionis propositionum est *reciprocatio*; siue *inuersio*, quam vocant, *relationis*.

Probl. §. 512. *Propositum conuersurus* inquirat, quodnam sit in ea subiectum, quodnam praedicatum, tum formet aliam, ponendo praedicatum in locum subiecti, subiectum vero in locum praedicati,

dicati, & seruet eandem extremorum relationem & quantitatem, i. e. si conuertenda sit affirmans, conuertentem identidem faciat affirmantem, si negans, negantem; si praedicatum conuersae sit, tantum particulare, idem in conuertente loco subiecti positum, particulariter accipiat, adeoque propositionem conuertentem particularem faciat, sin vero praedicatum conuertendae sit vniuersale, conuertens etiam fiat vniuersalis; denique si subiectum conuertendae sit vniuersale vel particulare, id in conuertente loco praedicati positum etiam sumatur vel vniuersaliter, vel particulariter (§. 520.).

Patet vniuersalem semper esse conuertendi modum, Schol. si propositio spectetur materialiter. Interim logici triplicem statuerunt conuersionem, de quibus nunc pauca.

§. 513. *Conuersio simplex* est conuersio ita facta, ut eadem quantitas propositionis, eademque qualitas; & propositionis & terminorum seruetur. *Conuersio per accidens* vocatur, si terminorum pariter ac propositionis qualitas seruetur, sed vniuersalitas propositionis mutatur in particularitatem. *Conuersio per contrapositionem*, si & quantitas & qualitas propositionis manet, terminorum qualitate mutata i. e. ut negatiui in posituios mutantur & vice versa. Definit.

Addi potest hisce speciebus conuersionis quarta, quando scilicet eadem seruetur qualitas, sed particularitas mutatur in vniuersalitatem, quae doctrinae gratia posset vocari *conuersio plus quam simplex*. Conf. medit. Logicam spectantes § 50. Schol. Dispiciemus nunc, quandonam harum specierum quaelibet possit adhiberi.

§. 514. *Si praedicatum in propositione vniuersaliter affirmante est aequale patens ac subiectum, siue* Theor.

siue praedicatum subiecto proprio, omnia inferiora illius praedicati pertinent ad illud subiectum (P. §. 6.); adeoque hoc casu *propositionem vniuersaliter adfirmantem simpliciter conuertere licet. Quodsi vero praedicatum commune tantum sit*, non omnia ea, quibus istud competit praedicatum, pertinent ad illud subiectum (§. 1.), per consequens sumitur tantum particulariter (§. 112.), atque adeo hoc casu *propositionem vniuersaliter adfirmantem per accidens tantum conuertere licet* (§. 513.).

Consect. §. 515. Ergo propositio vniuersaliter adfirmans, in qua praedicatum constituunt vel essentialia omnia simul sumpta, siue reciproca, vel attributum proprio, vnum, vel plura, est simpliciter conuertibilis (§. 1. & 514.), quod etiam de propositione identica & definitione quacunque valet. Propositio vero vniuersaliter adfirmans, cuius praedicatum est essentialia, vel attributum commune, vel modus communis, conuerti tantum potest per accidens (§§. cit.).

Theor. §. 516. *Si in propositione particulariter adfirmante quoddam tantum praedicati inferius ad subiectum pertineat, propositio illa conuertenda est per accidens (§. 513.), ubi vero omnia praedicati inferiora pertinent ad illud subiectum, praedicatum sumitur vniuersaliter respectu istius subiecti (§. 112.), consequenter eiusmodi propositio particularis adfirmans conuerti potest per conuersionem plus quam simplicem (§. 513. Schol.).*

Theor. §. 517. Praedicatum propositionis negantis semper est vniuersale, nisi particularitatis signum eidem sit additum (§. 416.), per consequens omnis propositio negans, quae in praedicato signum particularitatis expressum non habet, ita potest conuerti; vt propositio conuertens accipiat subiectum

am, omni
ad illud
in propo
iter sac
mima: an
mpens: p
am (p
ticulans
ofitione
LANE

raliter
num: val
roca, te
a, et in
uodera
e quon
et ad
l am
on: m

laris ab
ris: ab
enda: p
ad: m
ad: m
obis: p
par: m
m: m

regis
m: m
m: m
m: m
m: m
m: m
m: m

iccu
conu
conu
ita fa
lis n
quan
leque
partie
prode
positi
conaeu
interu
is fia
te (S
vbi e
partie
dum e
Inte
da
han
lari
man
dem
§. 51
merta
mā in
§. 52
§. 51
māto
mālequ
māpetit
mā erg
māpante
māetur
māna q
mā (§.
Coru

iectum vniuersale (§. 510.), adeoque propositio conuertens fiat propositio vniuersalis (§. 374.), consequenter *propositiones vniuersaliter negantes ita sunt conuertendae*, vt prodeat iterum vniuersalis negans, adeoque conuertens eandem habeat quantitatem & qualitatem, quam conuersa, consequenter *simpliciter* (§. 523.). *Propositiones vero particulariter negantes possunt ita conuerti*, vt prodeat vniuersalis negans, consequenter propositio particularis negans potest conuerti *per conuersionem plus quam simplicem* (§. 513.). Interim ne praedicatum propositionis conuertentis fiat vniuersale, vtpote in propositione negante (§. 416.), cum in propositione conuertenda, vbi erat subiectum, non esset nisi particulare, particularitatis signum praedicato est adiciendum (§. cit. Schol.).

Interim, quoniam, si illud posterius fiat, incommoda prodiret praedicatio (§. 411. Consect.), logici hanc ingrediuntur viam: propositionem particulariter negantem mutant in particularem adfirmantem, sed infiniti praedicati, tumque eandem simpliciter conuertunt. Schol.

§. 518. *Propositiones singulares aequipollent Theor.* vniuersalibus (377.), per consequens *earum conuersio instituenda est eodem modo, vti vniuersalium* (§. 524. seqq.)

§. 519. In omni propositione praedicatum de Theor. subiecto vel adfirmatur, vel negatur (§. 396.), per consequens cuiunque praedicatum istud, vel non competit, vel competit, subiectum non est (P. §. 76.), ergo quacuis propositio potest conuerti ita, vt quantitas & qualitas propositionis retineatur, mutetur vero qualitas terminorum, adeoque *propositio quaelibet potest conuerti per contrapositionem* (§. 513.).

Cornini Logica.

L

Quae

Schol.

Quae adhuc docuimus de variis propositionibus conuertendi modis, in ipsa propositionum materia habent fundamentum. Logici alii respiciunt propositionis formam, secundum quam, quia praedicatum propositionis affirmantis est particulare (§. 415.), negans vniuersale (§. 416.), ita conuertionem instituendam esse docent: *propositio vniuersalis affirmans, per accidens; particularis affirmans, simpliciter; vniuersalis negans, simpliciter, vel etiam per accidens (§. 414.): denique particularis negans, mutata antea in particularem affirmantem infiniti praedicati simpliciter conuertatur*. Recte illa se habent, nonnunquam tantum minor quantitas in conuertente ponitur, quam poni potuisset, salua veritate.

Theor.

§. 519. Si conuersio fiat, respiciendo ad propositionis materiam, omnia manent in conuertente, prout erant in conuersa (§. 514. sq.), hoc solo mutato, vt ex subiecto praedicatum, ex praedicato vero subiectum factum fuerit, (§. 510.) quod salua veritate fieri potest (§. 511.). Hinc *propositio conuersa si est vera vel falsa, conuertens vera vel falsa non minus erit (§. 371. & P. §. 76.) & vice versa, si propositio conuertens sit vera vel falsa, conuersa quoque vel vera vel falsa sic necesse est (§§. citt.)*.

Schol. I.

Fieri potest, vt in conuertenda praedicatum commune subiecti vniuersaliter de eodem praedicetur, cum non nisi particulariter praedicari deberet. Hac ratione propositio conuertenda falsa (§. 371.), cum conuertens, si conuersio fiat secundum formam, sit vera. Interim, si conuertatur, & quidem vt materia propositionis respiciatur, propositio conuertens euadet particularis (§. 514.), ita, vt praedicatum in eodem sumatur vniuersaliter, v. g. si conuertenda propositio sit: *omnis spiritus est finitus conuertens haec erit: quoddam finitum est omnis spiritus, adeoque, cum praedicatum*

is propice
potionum
i alii reg
quam p
ntis est
§ 416
ent: p
s; par
negat
de
part
p
quam
tus, qua

ciendis
ment
§ 514
dica
fuer
§ 5
71. d
tent
el fal

raed
eod
p
er
crio
com
lana
at
it
rit
e, amp

S
qua
& a
rati
Aeg
bali
prel
uer
tur
tur
to
pof
ni
&
ex

co
ler

catum particulariter tantum nexum habeat cum subiecto (per hypoth.): conuertens non minus erit falsa, quam conuersa (§. 371.).

Si in conuersione propositionis respiciatur ad formam; vera quidem conuertenda, vera etiam erit conuertens, siquidem nihil plane mutatur, nisi quod fortassis loco vniuersalitatis particularis tantum quantitas in conuertente aliquando ponatur (§. 519. Schol.), quod sine veritatis damno fieri potest (§. 414.). Interim, quia particularitas non vicissim inuoluit vniuersalitateu (§. 112.): conuertens propositio interdum potest esse vera, eum falsa esset conuersa. V. g. *omnis spiritus est finitus*, si formam propositionis obseruemus, ita conuertitur: quoddam finitum est spiritus; vbi conuertens vera est, conuersa autem minus.

Schol. II.

§. 520. *Propositiones aequipollentes* vocantur, **Definit.** quae sensu conueniunt, licet verbis discrepent; & *aequipollentia* est conuenientia propositionum ratione sensus, quae terminis tamen discrepant. *Aequipollentia propositionum grammatica* siue *verbalis* est, quae vnice dependet a synonymicis expressionibus; *logica* vero siue *realis* quae in diuersis aliquam rem concipiendi modis fundamentum habet. Aequipollentia logica rursus diuiditur in *materialem*, quae in subiecto & praedicto deprehenditur, siue ex nexu terminorum propositionis resultat; & *formalem*, quando termini propositionis manent iidem, sed quantitas & qualitas, eadem licet semper, diuersimode exprimitur.

Aequipollentia grammatica relinquitur grammaticis atque oratoribus; logica tantum philosophiae seruata. **Schol.**

§. 521. Propositiones itaque, conuertenda & **Consect.** conuertens, sunt propositiones logice aequipollentes (§. praeced. & 519.).

L 2

Acqui-

Schol. Acquipollentiam formalem verficulis quibusdam
 exprimere voluerunt logici vetustiores, scil.
 Non omnis, quidam non; omnis - non, quasi
 nullus
 Non nullus, quidam; sed nullus - non valet
 omnis,
 Non aliquis, nullus; non quidam - non valet
 omnis
 Non alter, neuter; neuter - non praestat ver-
 que,
 quibus tamen eosdem nondum omnia exhaustis-
 se, aliis iam est obseruatum.

§. 522. Cum propositiones aequipollentes ratio-
 ne sensus conueniant, licet discrepent in modis ex-
 primendi (§. 520.); sensus earum est idem (P.
 §. 1.) per consequens, si una earum vera est vel
 falsa, altera quoque vera vel falsa necesse est.

Schol. Variæ propositiones ex supra memoratis adhuc pos-
 sunt referri ad aequipollentes, v. g. propositio
 exponibilis aequipollet exponentibus ipsis simul
 factis; propositiones plures, quæ inferioribus
 alicuius ideæ plene enumeratis commune tri-
 buunt praedicatum, alii, quæ de superiori ideæ
 idem praedicat vniuersaliter &c.

CAPUT VI.

DE

RATIOCINIIS ET SYLLOGISMIS.

Schol. Sequitur nunc, vt de tertia quoque mentis opera-
 tione, ratiocinio nimirum atque syllogismo, ea,
 quæ sunt necessaria, paucis explanemus. Do-
 ctрина hæc præcipua merito censetur logicæ
 pars, ad quam accurate pertractandam, cuncta
 fere adhuc exposita, faciunt.

§. 523.

Schol. ... Acquipollentiam formalem verficulis quibusdam
 exprimere voluerunt logici vetustiores, scil.
 Non omnis, quidam non; omnis - non, quasi
 nullas
 Non nullus, quidam; sed nullus - non valet
 omnis,
 Non aliquis, nullus; non quidam - non valet
 omnis
 Non alter, neuter; neuter - non praestat vic-
 que,
 quibus tamen eosdem nondum omnia exhausti-
 se, aliis iam est obseruatum.

§. 522. Cum propositiones aequipollentes ratio-
 ne sensus conueniant, licet discrepent modis ex-
 primendi (§. 520.); sensus earum est idem (P.
 §. 1.) per consequens, si una earum vera est vel
 falsa, altera quoque vera vel falsa necesse est.

Schol. Varias propositiones ex supra memoratis adhuc pos-
 sunt referri ad aequipollentes, v. g. propositio
 exponibilis aequipollens exponentibus ipsis simul
 sanatis; propositiones plures, quae inferioribus
 alicuius ideae plene enumeratis commune tri-
 buunt praedicatum, alii, quae de superiori idea
 idem praedicat vniuersaliter &c.

CAPUT VI.

DE

RATIOCINIIS ET SYLLOGISMIS.

Schol. Sequitur nunc, vt de tertia quoque mentis opera-
 tione, ratiocinio nimirum atque syllogismo, ea,
 quae sunt necessaria, paucis explanemus. Do-
 ctрина haecce praecipua merito censetur logicae
 pars, ad quam accurate pertractandam, cuncta
 fere adhuc exposita, faciunt.

§. 523.

- Schol. *Aquipollentiam formalem verficulis quibusdam exprimere voluerunt logici vetustiores, scil.*
- Non omnis, quidam non; omnis - non, quasi nullas
 - Non nullus, quidam; sed nullus - non valet omnis,
 - Non aliquis, nullus; non quidam - non valet omnis
 - Non alter, neuter; neuter - non praefat utraque,
- quibus tamen eosdem nondum omnia exhaustis, aliis iam est obseruatum.

§. 522. *Cum propositiones equipollentes ratione sensus conueniant, licet discrepent modis exprimendi (§. 520.); sensus earum est idem (P. §. 1.) per consequens, si una earum vera est vel falsa, altera quoque vera vel falsa necesse est.*

- Schol. *Variae propositiones ex supra memoratis adhuc possunt referri ad equipollentes, v. g. propositio exponibilis equipollet exponentibus ipsius simul sumtis; propositiones plures, quae inferioribus alicuius ideae plene enumeratis commune tribuunt praedicatum, alii, quae de superiori ideae idem praedicat vniuersaliter &c.*

CAPVT VI.

DE

RATIOCINIIS ET SYLLOGISMIS.

- Schol. *Sequitur nunc, vt de tertia quoque mentis operatione, ratiocinio nimirum atque syllogismo, ea, quae sunt necessaria, paucis explanemus. Doctrina haecce praecipua merito censetur logicae pars, ad quam adaequate pertractandam, cuncta fere adhuc exposita, faciunt.*

§. 523.

§. 523.

Propositiones dicuntur *conuenientes*, quarum vna Definit.
posita altera ponenda, vel etiam vna remo-
ta, altera remouenda est. *Propositiones discon-*
uenientes sunt, quarum vna posita, altera remo-
uenda est; vel vna remota, altera est ponenda.
Conuenientiam & disconuenientiam *propositio-*
num vocabimus earum *relationem*.

§. 524. Cogitatio relationis duorum iudicio- Definit.
rum vocatur *ratiocinium*, siue *ratiocinatio*, *dia-*
noea; *ratiocinium* vero symbolice expressum,
syllogismus audit, item *discursus*, *argumentatio*,
argumentum &c.

§. 525. *Syllogismus* simpliciter, vel etiam *stricte* Definit.
sic dictus vocatur, si propositionum relatio inni-
tur conuenientia terminorum. *Consequentia imme-*
diata locum habent, si propositionum ad se inui-
cem relatio superstruitur ipsarum propositionum
constitutioni, terminorum relatione non attenda.

§. 526. Eadem possunt sibi inuicem substitui Theor.
(P. §. 1.), per consequens ideae quoque eadem.
Quodsi ergo habueris ideam quae eadem est cum
extremo quodam alicuius propositionis, hanc in
locum illius tuto substituere licet, adeoque aliam
formare propositionem, quae eandem relationem
alterius extremi, propositionis prioris, cum hac
idea enunciat, quam prior propositio de altera
idea, quae cum hac est eadem, significabat. Hinc per
substitutionem idearum earundem formari potest
ex vna propositione alia quaedam, quae ponenda
est, vel remouenda, illa posita vel remota, conse-
quenter propositiones conuenientes (§. 523.), at-
que adeo *ope substitutionis idearum gignitur ratioci-*
nium, siue syllogismus stricte sic dictus (§. 524. 525.).

§. 527. *Syllogismus quilibet* stricte sic dictus in- Theor.
uoluit relationem duarum propositionum ad se

inuicem, quae in idearum, siue terminorum conuenientia fundatur, (§. 525.), per consequens *feri debet substitutione idearum earundem* (P. §. 1.).

Schol.

Totum itaque negotium ratiocinandi absoluitur substitutione idearum earundem, vnde in sequentibus enucleandum erat, qua ratione illa substitutio fieri legitime queat.

Theor.

§. 528. Quidquid valet de idea superiori vniuersaliter, valet de quolibet inferiori (§. 114.), quidquid autem particulariter tantum valet de superiori, non statim determinate valet de hoc inferiori (§. 116.), sed disiunctiue de vno ex inferioribus plene enumeratis. Quidquid valet de inferiori, valet quoque de superiori eius quocunque particulariter (§. 119.), & cum ideae reciprocae sibi semper substitui queant (§. 61.): quicquid de vna idearum reciprocarum valet, valet quoque de altera, vel vniuersaliter vel particulariter, prouti de priori valebat (P. §. 76.). Cum ergo idea superior & inferior, itemque ideae reciprocae, sint ideae conuenientes (§. 61. & P. §. 62.), nec praeterea alias conuenientes dari, sit manifestum: *quicquid valet de idearum conuenientium vna; vel adfirmatiue vel negatiue, valet quoque de altera.*

*non formaliter vel sunt in
nostra anima sed vniuersaliter
quatenus vniuersaliter
de eadem*

Schol.

Propositio haecce vocatur a logicis *dictum de omni & nullo*. Veteres dictum de omni ita enuciabant: *quidquid praedicatur de omni, illud etiam praedicatur de aliquo* i. e. quidquid praedicatur de superiori siue genere vel specie vniuersaliter, praedicari etiam potest de quolibet eius inferiori; quo etiam reterebant, quod cuiusque competit definitum, ei competat definitio & vice versa. Dictum autem de nullo sequentem in modum exprimebant: *quidquid praedicatur de nullo, neque praedicatur de aliquo*, siue quid uid negatur de omni, idem etiam negatur de aliquo, i. e. quidquid negatur de

^{termini. maior} ^{termini. minor}
 e. c. (Virtus est laudabilis. ^{ad p. 529.} Propositio fundamentalis, f. maior.
^{termini. maior} ^{termini. minor}
Praemissae (Temperantia est virtus. Propositio minor, f. subsumptio
^{termini. maior} ^{termini. minor}
 E. Temperantia est laudabilis. Conclusio.
 Terminus maior et minor communi nomine termini extremi dicuntur.

qu
 ied
 ter
 vo
 Tu
 pra
 eo
 in
 m
 ne
 cu
 lu
 Te
 qu
 su
 gi
 cu
 u
 co

^{termin. maior} ^{termin. minor}
 e. c. (Virtus est laudabilis. ^{ad p. 529.} Propositio fundamentalis, s. maior.
 praemisae ^{termin. maior} Temperantia est virtus. Propositio minor, s. subiunctio
^{termin. minor} ^{termin. minor}
 Temperantia est laudabilis. Conclusio.
 Terminus maior et minor communi nomine termini extremi dicuntur.

S.
 quiri
 lecto
 tre,
 voca
 Tem
 pced
 co ce
 in q
 men
 nec
 cur
 latio
 Tem
 quo
 que
 gima
 cuol
 veni
 com
 Que
 se

de superiori (sive genere vel specie) vniuersaliter, de omnibus etiam inferioribus illius est negandum; quorsum referebant hanc regulam: cuiusque non competit definitio, ei nec competit definitum, & vice versa. Interim dictum de omni & nullo, prouti a nobis est propositum, genus ratiociniorum melius ostendit, simulque latius patet quam dictum de omni & nullo Aristotelico, quod in praelectionibus vberius erit ostendendum. Veritas dicti de O. & N. ex dictis patet. Innititur scilicet principio contradictionis, ex quo per consequentiam immediatam deducendum est. Respondeatur ad dubium, vtrum ille, qui dictum de O. & N. vult probare, committat circulum vitiosum.

§. 529. Si ratiocinium fieri debet, semper requiritur propositio aliqua, quae enunciat, subiecto cuidam aliquid competere vel non competere, & fundamentum praebet ratiocinio, haec vocatur *propositio fundamentalis* sive *continens*. Tum substituenda est in locum vel subiecti, vel praedicati propositionis fundamentalis idea cum eo conueniens, vt noua hinc prodeat propositio, in qua alterum extremum propositionis fundamentalis cum idea euoluta eadem relatione connectitur, qua cum eodem connectebatur idea, in cuius locum alia substituta est, sive ex qua euolutio est facta. Haec propositio dicitur *conclusio*. Terminus ille propositionis fundamentalis, ex quo euolutio est facta, vocatur *medius terminus* sive *medium*. Porro in omni ratiocinio & syllogismo propositio requiritur, enuncians, quod idea euoluta cum ea, ex qua euoluta est, habeat conuenientiam, sive *subsumtio* (§. 406.). Denique *consequentia* adsit necesse est (§. 436. 525. 523.).

Quaenam ideae possunt euolui, patet ex §. 528. scilicet. Schol. semper potest tuto substitui idea reciproca, & quidem

dem eadem quantitate; idea quaecunque superior, sed non nisi particulariter; idea vero inferior substitui non potest, nisi illa, cui substitui debet, sumatur vniuersaliter; si enim particulariter tantum accipiatur, substitui quidem possunt omnia inferiora disiunctiue sumta, non vero determinate hoc vel illud inferius (§. 116.)

Confest.

§. 530. *In omni ergo syllogismo, 1) tres requiruntur propositiones (§. praec.), & 2) tres termini quorum quippe duo sunt in propositione fundamentali, tertius vero est ille recens euolutus, qui in subsumptione cum eo connectitur, ex quo euolutus est, in conclusione vero cum altero extremo propositionis fundamentalis. Denique 3) medius terminus (qua talis) conclusionem ingredi non potest (§. praeced.).*

Schol. I.

Regulam, quod in syllogismo quolibet tres tantum debeant esse termini, non ita esse intelligendam, quasi tribus tantum vocibus constare debeat syllogismus, facile patet, cum primis ex definitione termini propositionis (§. 357. Schol.). Termini enim possunt esse complexi, variasque adiectiones & propositiones incidentes habere (§. 346. Schol.).

Schol. II.

Vario modo plures termini, quam tres, possunt ingredi syllogismum, eumque reddere vitiosum; interdum *explicite* & manifeste, vt ex ipsis vocibus statim pateat; plerumque vero *implicite*, vt tres tantum termini adesse videantur, si voces spectes, sed reuera tamen plures deprehendantur, siquidem vnus terminus modo hoc, modo alio significato sumitur. Tale quid contingere potest v. g. per *aequiuocationem*: per *casus obliquos*, per *oppositionis mutationem*, si vox sumatur in abstracto iam in concreto; modo in statu, dein in distractione, vel ampliatione, & vice versa: mox in significato appellatiuo, mox in significato proprio; item, si nunc terminus denotet rem quoad substantiam tantum, nunc qua accidentia quoque &c.

RIDA.

Si in forma syllogis in tr. a. d. a. i. s. o. n. r. t. a. v. n. t. n. n. u. b. q. d. s. i. n. d. i. g. n. r. e. l. a. t. i. o. c. o. n. c. l. u. s. i. o. n. i. s.
ad propositionem fundamentalem et tum legitima est si ista relatio dicto de
ut est conformis et substitutio quovis huic d. i. c. t. o. c. o. n. s. e. n. t. e. n. t. e. r. p. a. c. t. a. e. s. t. i. m. i. n. u. s.
illegitima dicitur

RIDIG
sibi &
quar
quer
& e
stitu
cla:
tion
tem
con:
tan:
euol
in
dii
dno
rian
quen
anim
bet
ergo
§. 53
omni &
babet le
ma, qu
mus no
Vra
mus
debe
dicto
bus
gene
dem
mus
dicar
syll
vel
bus
ex

RIDIGERVS in sensu veri & falsi, Lib.II. cap. VII. Schol.III.

fibi & aliis persuadere cupit, posse syllogismum quatuor terminorum fieri, cuius tamen consequentia sit legitima, si nimirum & ex subiecto & ex praedicato propositionis fundamentalis instituaturo euolutio, & illae ideae euolutae in conclusione connectantur v. g. omnis homo est rationalis, ergo quoddam animal habet libertatem. Vocat eiusmodi *syllogismum*, siue *modum concludendi*, *complexum*, vti illum, in quo ex vno tantum extremo propositionis fundamentalis fit euolutio, *incomplexum* adpellat. Verum, cum in syllogismo eiusmodi complexo duo sint medii termini, itemque duae reuera subsumptiones; duo etiam syllogismi incomplexi in tali Ridigeriano latent, vti v. g. in exemplo dato latent sequentes: omnis homo est rationalis, quoddam animal est rationale. Quidquid est rationale, habet libertatem; quoddam animal est rationale; ergo quoddam animal habet libertatem.

§. 531. Ratiocinium siue syllogismus dicto de Definit. omni & nullo conuenienter formatus, *formam habet legitimam*; qui vero mirus, *peccat in forma*, quid quod reuera ratiocinium & syllogismus non est.

Vt autem clarius pateat, quid requiratur, si syllogismus dicto de omni & nullo conuenienter instrui debet, logici regulas quasdam syllogismorum ex dicto illo deducere solent, quae, quoniam omnibus syllogismis sunt communes, *regulae syllogisticae generales* vocari solent. Quaedam ex illis adlatae et demonstratae iam sunt (§. 530.), reliquas inuenimus in sequentibus. Ceterum ex dictis potest iudicari, quid de aliorum definitione ratiocinii & syllogismi sit sentiendum, quando dicunt, illud vel illum esse operationem mentis; qua ex duobus iudiciis ideam communem habentibus, siue ex duabus propositionibus terminum commu-

L s

nem

nem habentibus, formatur tertium iudicium, vel tertia propositio, combinando ideas, vel terminos in utroque iudicio vel utraque propositione diuersas vel diuersos.

Fiudicia uo Definit.
ca uel uel ideas conseruata
ratis cumum conseruata
materia ratiocinii pro
xime dicuntur.

§. 532. Ideae ratiocinium ingredients uocantur *materia ratiocinii proxima*. Hinc quid *sylogismi* sit *materia remota & proxima*, intelligimus, termini scilicet & propositiones sylogismum constituentes.

Definit. §. 533. Subiectum conclusionis uocatur *terminus minor*, uti praedicatum eiusdem *terminus maior* audit, communi uero nomine dicuntur *termini extremi*, & differunt a *termino medio*, qui supra definitus est (§. 529.).

Definit. §. 534. Propositio fundamentalis sylogismi & subsumptio, communi nomine uocantur *praemissae* (scilicet propositiones conclusioni), siue *sumptiones*: & si conclusio ex praemissis ita formatur, prouti dicto de O. & N. est conueniens, dicitur *ex iis sequi*, siue *inferri*.

Theor. §. 535. *Medius terminus* tam in propositione fundamentalis, quam in subsumptione est obuius (§. 529.), per consequens in *utraque praemissarum* occurrit (§. praeced.) siue est *terminus praemissarum communis*.

Definit. §. 536. Illa praemissa, quae continet terminum minorem cum medio coniunctam, uocatur *minor propositio*; in qua uero maior terminus cum medio occurrit, *propositio maior* audit.

Theor. §. 537. Vnum extremum conclusionis desumitur ex propositione fundamentalis, alterum ex subsumptione (§. 529.), ergo in qualibet praemissa occurrit unum extremum conclusionis (§. 534.), per consequens in quolibet sylogismo una praemissa continet subiectum, altera praedicatum

catum conclusionis (§. 357. Sch.), atque adeo in vna terminus maior, in altera terminus minor deprehenditur, necesse est (§. 133.). In quolibet itaque syllogismo vna praemissarum est propositio maior, altera vero propositio minor (§. praeced.).

§. 538. Propositio subsumta, siue subsumptio Theor. omnis est propositio affirmans (§. 408.), adeoque vna minimum ex praemissis syllogismi cuiuscunque fit affirmans necesse est (§. 534.). Ergo ex puris negatiuis (scilicet praemissis) nihil sequitur (§. 534.).

Licet nonnunquam ex puris negatiuis syllogismus Schol. confici posse videatur; reuera tamen eo casu non potest vtraque praemissa esse negans, sed alterutra erit infinita, vel de extremo negato, v. g. quicumque non credit, non saluatur: Caius non credit, ergo Caius non saluatur, vbi propositio minor est affirmans, sed infinita respectu praedicati. Idea enim illa, ex qua euoluitur idea Caii, est: qui non credit, adeoque in minore nunc indicatur, quod Caius fit non credens, quam propositionem esse affirmantem, quilibet videt.

§. 539. Conclusio oritur dum combinantur Theor. termini praemissarum diuersi (§. 529. 534.), cum itaque iidem termini in conclusionem sint adsumendi, qui deprehenduntur in praemissis, nihil in illis immutare licet (P. §. 1.). Hinc neque plus, neque minus fit in conclusione, quam in praemissis.

Eadem regula patet exinde: quia si addere in conclusione velimus, quod in praemissis non erat; Schol. vel etiam demere, quod adfuit in praemissis, resurtarent inde termini plures, quam tres, quod non licet (§. 530.).

§. 540. In quolibet syllogismo ex medio termino alia euoluitur idea, quae vel est cum eo reciproca; quo casu quaelibet idea alteri competit vni.

vniuersaliter (§. 61. 122.); vel inferior, vbi medius terminus eidem competit vniuersaliter (§. 112. & P. §. 61.), vel superior, & tum haec de medio termino vniuersaliter valet (§§. citt.). Cum itaque alia idea ex medio termino euolui non queat, nisi vel reciproca, vel inferior, vel superior (§. 521.): in praemissis cuiusque syllogismi vna sit necesse est, quae enunciet vniuersalem relationem vnius ideae ad alteram, per consequens vna minimum praemissarum in omni syllogismo vniuersalem propositionem inuoluat necesse est (§. 371.). Ergo *ex puris particularibus (praemissis) nihil sequitur.*

Schol.

Videtur nonnunquam aliquid sequi ex puris particularibus, v. g. quidam eruditi sunt ambitiosi, quidam homines sunt eruditi; ergo quidam homines sunt ambitiosi. Verum propositio minor, formaliter licet particularis, vniuersalem tamen inuoluit, nimirum eius conuertentem, omnis eruditus est homo, quae cum ipsa est equipollens. Logici interim requirere solent, vt formaliter quoque vna minimum ex praemissis sit vniuersalis. Non raro enim, si hoc non obseruatur, absurda est conclusio, v. g. quidam homo est pius; quidam homo est impius; ergo quidam impius est pius, logicis autem tales regulas syllogisticas condere curae cordique erat, quae tuto semper valerent.

Definit.

§. 541. *Pars debilior praemissarum est respectu qualitatis praemissa negans, respectu quantitatis particularis. Quid sit pars fortior hinc patet.*

Theor.

§. 542. Quoniam facile contingit, vt plus contineatur in conclusione, quam in praemissis, si vna ex praemissis fuerit particularis, & conclusio fiat vniuersalis; nec non, si vna praemissarum sit negans, & conclusio euadat affirmans; eiusmodi vero quid minime liceat (§. 539.); sequitur, vt si alterutra praemissarum sit particularis, conclusio

vbi
liter
nate
er.)
olui
vel
syl-
uer-
per
mmi
duat
ari-

arti-
tobi,
ho-
mi-
lem
em,
qui-
tor-
s fir
ler-
ho-
rgo
re-
at,

tu
tis

a-
fi
tio
fir
o-
is,
o-
io

ad 842
Dignus Angue huius est. pratt
a) in alijst. aij. d. quantitatem, omni huius prae mis. in universal. hinc
b) in alijst. aij. d. qualitatem, omni huius n. prae mis. in hinc.

clusio etiam particularis esse debeat; si negans, eadem qualitate praeditam esse oporteat conclusionem. *Conclusio itaque sequi debet, siue imitari partem debiliorem* (§. praeced.).

§. 543. Si propositio fundamentalis est vera, & Theor. subsumtio itidem, tum & illa relatio idearum, quae in propositione fundamentali indicatur, 'habet locum, & idea quaedam substituta alterutri extremorum propositionis fundamentalis, cum eodem habet conuenientiam (§. 529. & 371.), per consequens eadem relatio ad alterum extremum propositionis fundamentalis eidem competit, quae competit illi ideae, cui substituta est (P. §. 63.) atque adeo, *si praemissae sunt verae, conclusio quoque vera fit necesse est* (§. 531. 528. 371.), si conclusio uero non minus e. e. sequitur siue *ex vero non nisi verum sequitur* (§. 534.). est legitima.

Si loquimur de veritate propositionis fundamentalis Schol.

& subsumtionis, facile patet, nos non tantum requirere, ut propositiones in se spectatae sint verae, sed etiam, ut vna tanquam propositio fundamentalis vera sit, & altera sit vera subsumtio. Nonnulli regulae in §. adductae addendum putant; *in legitima forma*; sed illud non existimamus opus esse, siquidem istud termino: *sequi*, iam iam innuitur. Vbi vero forma legitima non est, ibi non sequitur conclusio ex illis propositionibus, quae pro praemissis habentur.

§. 544. Si ergo conclusio sit falsa, aut praemissarum vna, vel vtraque est falsa, aut non sequitur ex illis propositionibus, quae pro praemissis venditantur (§. 543. 534.) i. e. aut in materia aut in forma vitium occurrat oportet (§. 532. 531.) Conseq.

§. 545. Entia maxime alioquin diuersa conuenire tamen in aliis adfectionibus possunt (per Ontol.), respectu quarum sibi possunt substitui (P. §. 1.). Fieri itaque potest, ut licet propositio Theor.

tio constituens vnam praemissam sit falsa, inde tamen deducatur conclusio vera. *Ex falso adeoque interdum aliquid veri sequitur.*

Consect. §. 546. Hinc ex conclusionis conditione de praemissis iudicare non semper licet (§. 545.).

Schol. Adhuc de syllogismo in genere est actum, regulis que illius generalissimis. Determinatum in idea syllogismi in genere non est, quemnam locum in qualibet praemissa occupare debeat medius terminus. Si illud determinemus, oriuntur genera syllogismi inferiora, figurae syllogisticae, vbi tum ex regulis syllogismi generalibus, & determinatione loci, quem medius terminus in praemissa qualibet obtinere debet, regulae specialiores de quolibet genere inferiori syllogismorum deduci facili negotio possunt.

Theor. §. 547. Medius terminus in propositione tam maiori quam minori occurrat necesse est (§. 536.). Iam per dictum de O. & N. & regulas generales inde deductas nondum determinatum est, quemnam in quavis praemissa occupare debeat locum (§. 535.), per consequens saluo dicto de O. & N. medius terminus in maiori propositione duplici ratione potest collocari, scilicet, vt 1) sit subiectum, 2) praedicatum maioris propositionis; nec minus duplici ratione in propositione minori potest disponi, vt scilicet sit vel subiectum, vel praedicatum illius. Hinc *medius terminus quadruplici modo in praemissis potest disponi, neque praeterea alius est possibilis.* Nimirum I. medius terminus esse potest subiectum maioris, & praedicatum minoris propositionis, II. praedicatum & maioris & minoris propositionis. III. subiectum vtriusque praemissae IV. praedicatum maioris & subiectum minoris propositionis.

Schol. Si terminum maiorem hoc signo: M, minorem signo
m. me.

m. medium, signo μ denotemus: possibiles illi quatuor modi medium terminum in praemissis disponendi, sequenti ratione. possunt repraesentari.

I.	II.	III.	IV.
μ M	M μ	μ M	M μ
m μ	m μ	μ m	μ m
m M	m M	m M	m M

§. 548. Dispositio determinata medii termini in Definit. praemissis, dicitur *figura*, (scilicet *syllogistica*).

§. 549. Quatuor ergo dantur figurae syllogisticae, neque plures sunt possibiles (§. 547.).

§. 550. *Figura prima* est figura, in qua medius Consect. terminus in maiore propositione loco subiecti, in minore loco praedicati ponitur. *Figura secunda*, in qua medius terminus in vtraque praemissa est praedicatum. *Tertia*, in qua est subiectum vtriusque praemissae. *Quarta* denique, vbi in maiore est praedicatum, in minore subiectum.

Verbis memorialibus vtuntur logici veteres, ad Schol. definitiones quatuor figurarum eo facilius memoriae mandandas, v. g.

Sub. Prae. prima; bis prae. secunda;

Tertia bis sub; prae. sub. quarta:

Vel etiam;

Prima prius subiicit medium; post praedicat ipsum.

Praedicat altera bis; tertia bis subiicit.

Nos iam nos accingemus adseruendas ex regulis syllogisticis generalibus & definitionibus hisce figurarum, *regulas speciales*, quae scilicet non valent de syllogismo in genere, sed de hac vel illa specie, siue genere inferiori eiusdem.

§. 551. In prima & secunda figura medius terminus est praedicatum propositionis minoris Theor. (§. praeced.). Iam minor terminus in propositione minore itidem obuius esse debet (§. 536.),

in

in omni vero propositione duo tantum possunt esse termini, subiectum nimirum atque praedicatum (§. 357. Schol. & 348.): ergo minor terminus in syllogismo quolibet primae atque secundae figurae subiectum propositionis minoris sit oportet. Per consequens *propositionis minoris & conclusionis in prima & secunda figura est subiectum* (§. 533.).

Concl. I. §. 552. Quaecunque ergo extensio obtinet in subiecto propositionis minoris syllogismorum primae atque secundae figurae, illa quoque locum habere potest in subiecto conclusionis (§. praeced.), per consequens eadem quantitas, quae deprehenditur in propositione minore syllogismorum primae & secundae figurae, esse etiam potest in conclusione (§. 380.).

Concl. II. §. 553. Quaecunque adeo quantitas non potest esse in conclusione syllogismi primae & secundae figurae, illa neque in minore propositione obtinere potest (§. praeced.); per consequens, si conclusio syllogismi primae & secundae figurae non potest esse vniuersalis, sed tantum particularis: neque minor propositio vniuersalis potest esse, sed non nisi particularis (§. 381.).

Theor. §. 554. Si ponamus, propositionem maiorem in prima & secunda figura posse aliquando esse particularem, conclusio deberet itidem esse particularis (§. 539.), adeoque minor etiam propositio non nisi particularis esse posset (§. 553.), per consequens vtraque praemissa esse deberet particularis (§. 534. 536. 537.); quod cum fieri licite haud queat (§. 540.): *maior propositio in prima & secunda figura non aliquando potest esse particularis, atque adeo semper vniuersalis sit, necesse est.*

Vbi

no 8. 594. Schol.

Exemplum suppositionis collectivae.

Omnes Evangelistae sunt quatuor.

Marcus est Evangelista.

Et Marcus est quatuor.

Ino ~~quatuor~~ ~~Evangelistae~~ ~~id est~~ ~~quatuor~~ alio ~~modo~~ ~~dicuntur~~ :

Colloquium Evangelistarum constat ex quatuor Evangelistis.

Id est Mattheo. Marco. Luc. et Joanne. sunt ~~aliquae~~ ~~Evangelistarum~~.

Ergo sunt quatuor.

Exemplum universalitatis subiectum principale non sufficientis :

Unus est homo cuius quaedam pars est caput.

Sed brachium unius hominis quaedam pars est

Et brachium est caput.

Vbi itaque subiectum propositionis maioris in prima & secunda figura sumitur in suppositione collectiua, vel etiam incompleta tantum, itemque si vniuersalitatis signum sumatur in casu obliquo, neque adiciat subiectum principale &c. syllogismus eiusmodi in forma peccat. Schol.
 in minore non recitata
 in minore suppositione adum non recitata.

§. 555. Si propositio minor in prima figura Theor. posset esse negatiua, maior eo casu adfirmans esse deberet (§. 538.), & conclusio negans (§. 542.), per consequens praedicatum conclusionis, siue terminus maior (§. 533.) sumeretur in conclusione vniuersaliter (§. 416.), cum idem terminus in maiori propositione, in qua est praedicatum (§. 550.), & quae esset adfirmatiua, sumatur tantum particulariter (§. 415.), consequenter terminus in praemissis tantum particulariter sumtus in conclusione acciperetur vniuersaliter (§. 534. 536. 537.), adeoque plus esset in conclusione, quam in praemissis. Quod cum sit absurdum (§. 539.): *propositio minor in prima figura nunquam potest esse negans, adeoque semper sit adfirmans oportet* (§. 396.).

Duae ergo regulae circa primam figuram sunt notandae; 1) *minor semper sit vniuersalis*, 2) *minor semper adfirmans*. Schol. I.

Propositio tamen minor in prima figura potest esse infinita, respectu praedicati. Si nimirum subiectum maioris propositionis, quod est medius terminus, si terminus infinitus, siue negatiuus, particula negans in propositione minori, in qua quippe idem terminus medius debet occurrere, sit obuia necesse est. Quoniam tamen medius terminus in prima figura est praedicatum propositionis minoris (§. 550.), particula negatiua ad praedicatum pertinet, adeoque non facit propositionem negantem, sed infinitam tantum respectu praedicati, vel de praedicato negato (§. 404. & 405.). Schol. II

Coruini Logica.

M

§. 556.

Theor. §. 556. Medius terminus in secunda figura est praedicatum propositionis maioris. (§. 556.), consequenter terminus maior subiectum propositionis maioris sit necesse est (§. 357. Sch. & 348.). Hinc, cum propositio maior in secunda figura debeat semper esse vniuersalis (§. 554.), maior terminus vniuersaliter quoque in conclusione est sumendus (§. 539.). Praedicatum ergo conclusionis in secunda figura debet esse vniuersale (§. 533.), quod tum tuto obtineri non semper queat, nisi conclusio sit negans (§. 415. & 416.): conclusio in secunda figura debet esse negans. Cum vero conclusio non possit esse negans, nisi & propositio fundamentalis sit negans (§. 528. 529.), vna semper praemissa in secunda figura negans sit necesse est (§. 534.), per consequens *ex puris adfirmantibus in secunda figura nihil sequitur.*

Theor. §. 557. Medius terminus in tertia figura est subiectum vtriusque praemissae (§. 550.), adeoque terminus maior est praedicatum propositionis maioris (§. 533. 357. Schol. & 348.), quod si ergo sumamus propositionem minorem in tertia figura esse posse negantem, conclusio foret negans (§. 542.). Terminus itaque maior in propositione maiore, vtpote adfirmante (§. 538.), non posset tuto sumi, nisi particulariter (§. 415.), cum in conclusione sumendus esset vniuersaliter (§. 416.); per consequens hac ratione in conclusione plus deberet esse, quam in praemissis; quod cum repugnet (§. 539.); *propositio minor in tertia figura non potest esse negans, adeoque semper debet esse adfirmans (§. 396.).* sc. respectu minoris termini

Theor. §. 558. In tertia figura minor terminus semper est praedicatum propositionis minoris (§. praeced.), adeoque propositionis adfirmantis (§. cit.), per

... quod est in se... non est in se... non est in se...

... animal potest exte...
Omne animal potest exte...
Quod vult exte... est animal.

... animal... animal... animal...

- 11. Dicitur Ang... animal... animal...
- a. conclusio... animal...
- b. minore... animal...
- c. conclusio... animal...
- d. conclusio... animal...
- e. maiore... animal...

... animal... animal... animal...

- 12. Dicitur... animal... animal...
- a. ens... animal...
- b. ens... animal...
- c. ens... animal...

... animal... animal... animal...

- 17. Dicitur... animal... animal...
- a. ens... animal...

... animal... animal... animal...

Figura

per consequens terminus minor in propositione minori non potest tuto sumi, nisi particulariter (§. 415.). Ergo terminus minor in conclusione quoque, non nisi particulariter potest accipi (§. 539.). Hinc subiectum conclusionis in tertia figura debet esse particulare (§. 533.). Ergo conclusio in tertia figura debet esse particularis (§. 474.).

§. 559. In quarta figura medius terminus est Theor. praedicatum propositionis maioris (§. 550.), terminus itaque maior, qui cum medio combinari debet in propositione maiore (§. 536.), est subiectum eiusdem propositionis (§. 257. Schol. & 348.).

§. 560. Si conclusio in quarta figura est ne- Theor. gans, praedicatum eiusdem, siue terminus maior (§. 533.), sumitur vniuersaliter in conclusione (§. 416.), consequenter in maiori etiam propositione vniuersaliter est sumendus (§. 539.) Subiectum itaque propositionis maioris vniuersaliter accipitur necesse est (§. praeced.), atque adeo propositio maior sit vniuersalis (§. 374.). Ergo si conclusio in quarta figura est negans, maior semper debet esse vniuersalis, quia alias plus esset in conclusione, quam in praemissis.

Potest hoc theorema simpliciter conuerti, quod si Schol.

enim maior propositio in quarta figura est vniuersalis, ipse maior terminus est vniuersaliter sumtus (§. 559. & 374.), per consequens conclusionis praedicatum non minus vniuersaliter debet sumi (§. 539.), adeoque conclusio debet esse negatiua (§. 415. & 416.) non necessario sequitur, quia etiam in affirmatiuis propositionibus praedicatum hauriatur et sumitur vniuersaliter.

§. 561. Si propositio minor in quarta figura est Theor. affirmans, terminus minor, ceu praedicatum propositionis minoris (§. 550. 536. 357. Schol. & 348.), sumitur particulariter (§. 415.), adeoque subiectum etiam conclusionis debet esse particulare (§. 533. & 539.). Ergo, si propositio minor in

M 2

quar.

*quarta figura est propositio affirmans, conclusio
semper debet esse particularis (§. 374.). et maior*

affirmante, minor esse debet

Schol.

Hæc sunt regulæ syllogisticæ quatuor illarum figurarum potiores; quas alii adhuc commemorant, in hisce iam inuoluuntur. Si quis regulis adductis sua ratiocinia adcommodaueit, errandi periculo expositus non est. Faciunt præterea ad aliorum ratiocinia illegitima facilius detegenda.

Theor.

§. 562. Si figura quarta esset tantum figura prima, præmissis transpositis, illa propositio, quæ est minor, deberet esse maior, maior vero minor; per consequens subiectum conclusionis, siue minor terminus deprehenderetur in propositione maiore, maior autem terminus in minore propositione; quod cum sit absurdum (§. 536.): *figura quarta non est figura prima, transpositis tantum præmissis.*

Schol.

Notandum hoc venit contra quosdam ex veteribus, qui figuram quartam ex figurarum numero eliminare conabantur.

Theor.

§. 563. In syllogismis diuersarum figurarum varia quidem iam sunt determinata, per regulas tam generales, quam speciales, adhuc enumeratas. Interim quaedam adhuc sunt indeterminata, v. g. in prima figura determinatum quidem est, quod maior debeat esse vniuersalis (§. 554.), non vero vtrum affirmans debeat esse, an negans; sic in minore determinatum est, quod affirmans esse debeat (§. 555.), non vero, vtrum vniuersalis, an particularis. Eodem modo res sese habet in figuris reliquis. *Si itaque ulterius in qualibet figura determinemus, quod determinatum nondum est, denuo prodeunt species syllogismorum cuiuslibet figuræ (§. 125.).*

Definit.

§. 564. Species syllogismorum, ortæ, si quantitas & qualitas propositionum in syllogismo, quæ

quae per regulas syllogismorum generales & figurarum speciales determinata nondum est, determinetur, dicuntur *modi figurarum, siue modi syllogistici*. cauendum tamen est, ne aut mutetur figura, aut regulae generales negentur.

§. 565. Quotuplici ergo ratione quantitas & **Consect.** qualitas propositionum in syllogismis cuiuscunque figurae, nondum determinata per regulas generales & speciales; adhuc potest determinari, tot modi eius figurae sunt possibili (§. praeced.).

§. 566. Maior propositio in prima figura **Theor.** femper debet esse vniuersalis (§. 554.): potest vero esse vel affirmans, vel negans; minor propositio affirmans fit oportet (§. 555.), sed vel vniuersalis, vel particularis. In prima itaque figura species quatuor syllogismorum possunt habere locum: 1) vt omnes tres propositiones sint vniuersales & affirmantes, 2) vt maior propositio sit vniuersalis negans, minor vniuersalis affirmans, conclusio vero itidem vniuersalis negans, 3) vt maior sit vniuersalis affirmans, minor autem & conclusio particulares affirmantes, denique 4) vt maior sit vniuersalis negans, minor & conclusio particulares, sed illa affirmans, haec negans. *Quatuor ergo modi syllogismorum in prima figura sunt possibili (§ praeced.).*

Eadem est ratio inuestigandi, quot modi syllogistici **Schol. I.**

in secunda, tertia & quarta figura sint possibili, vbi deprehendimus in secunda figura quatuor, in tertia sex, in quarta vero quinque modos dari posse. In *figura* nimirum *secunda* sequentes: 1) maior vniuersalis negans, minor vniuersalis affirmans, conclusio vniuersalis negans; 2) maior vniuersalis affirmans, minor & conclusio vniuersales negantes; 3) maior vniuersalis negans, minor particularis affirmans, conclusio particularis negans 4) maior vniuersalis affirmans, minor &

conclusio particulares negantes. *Figura tertia* sequentes agnoscit modos: 1) maior & minor vniuersales affirmantes, conclusio particularis affirmans; 2) maior vniuersalis negans, minor vniuersalis affirmans, conclusio particularis negans; 3) maior & conclusio particulares affirmantes, minor vniuersalis affirmans, 4) maior vniuersalis affirmans, minor & conclusio particulares affirmantes; 5) maior & conclusio particulares negantes, minor vniuersalis affirmans 6) maior vniuersalis negans, minor & conclusio particulares, sed illa affirmans, haec negans. *Quartae tantum figurae modi* sunt quinque sequentes; 1) maior vniuersalis affirmans, minor & conclusio vniuersales negantes; 2) maior & minor vniuersales affirmantes, conclusio particularis affirmans: 3) maior & conclusio particulares affirmantes, minor vniuersalis affirmans; 4) maior vniuersalis negans, minor vniuersalis affirmans, conclusio particularis negans; 5) maior vniuersalis negans, minor particularis affirmans, conclusio particularis negans. Si sumamus veterum propositiones signandi rationem, §. 419. adductam, patet, modos figurae primae esse 1) AAA. 2) EAE. 3) AII. 4) EIO. secundae 1) EAE. 2) AEE. 3) EIO. 4) AOO. Tertiae 1) AAL. 2) EAO. 3) IAI. 4) AII. 5) OAO 6) EIO. Quartae 1) AEE. 2) AAL. 3) IAI. 4) EAO. 5) EIO.

Schol.II. Alii, vt inuenirent modos figurarum posibles, combinarunt, quoties fieri poterat, & transposuerunt illas quatuor vocales A, E, I, O, ita vt tres tantum semper propositiones indicentur; vbi procedunt combinationes posibles sexaginta & quatuor scilicet sequentes:

AAA

o (e.
vni-
dir-
vni-
ans;
res,
e-la-
lars
lars
na-
ti-
ae
tes,
on-
nor
ris
res
na-
ne-
or
s,
te-
d-
A.
E.
Al
O.
O.
s,
e-
es
o-
r-
A

AAA	EAA	IAA	OAA
AEA	AAE	IAE	OAE
AAE	EEA	IEA	OEA
AIA	EIA	IIA	OIA
AAI	EAI	IAI	OAI
AOA	EOA	IOA	OAO
AEE	EAO	IAO	OOA
AIE	EEI	IEI	OEI
AEI	EIE	IEE	OIE
AOE	EII	IOE	OEE
AEO	EOI	IEO	OEO
AOI	EIO	IOO	OOE
AIO	EEE	IOI	OIO
AOO	EOE	IIO	OOI
AII	EEO	III	OII
AAO	EOO	III	OOO

Hosce modos tum examinarunt, vel §4. eorum ratiociniosos esse animadverterunt, & quidem 28. ubi conclusio sequi deberet ex puris negatiuis, vel particularibus, contra §. §38. & §49; 18 in quibus conclusio partem debiliorem non sequeretur, & 8. in quibus sequeretur conclusio negatiua ex puris adfirmantibus praemissis. Non itaque remanent, nisi decem combinationes, quae secundum regulas syllogisticas generales possunt habere locum, scilicet AAA, EAE, AII, EIO, AEE, AOO, AAI, EAO, IAI, OAO, ubi tamen notandum, quasdam ex illis pluribus vna figuris inferuire, quod patet, si hosce decem modos de nouo comparemus cum regulis cuiuslibet figurae, sic enim iidem, quos antea adduximus, prodibunt vnus cuiusque figurae modi.

§.567. *Reductio syllogismi ad primam figuram est* Definit.
 transmutatio syllogismi, qui ad primam figuram
 non pertinet, in syllogismum primae figurae, eius dem tenoris cuius est
 §.568. *Vt reductio fieri legitime possit, ex con-* Probl.
 clusione inuestigandus est terminus maior & mi-

M 4

nor

nor (§. 533.), ex praemissis véro terminus medius (§. 534. 535.), tumque combinetur terminus medius cum maiori & minori, prout regulis syllogisticis tam generalibus, quam specialibus primae figurae est conueniens (§. praeced.).

Schol. I. Non raro vix poterit fieri reductio, nisi conclusio conuertatur, & praemissae transponantur.

Schol. II. Vetustiores multa proferebant, vt modum reducendi syllogismos explicarent. Compendium praecipuorum momentorum hic suppeditabimus. In Scholio ad §. 566. monitum est, quod diuersi modi figurarum syllogisticarum certarum vocalium ope possint indicari. Quoniam autem hac ratione solae adhibendae essent vocales, quod euphoniā tollebat, Aristotelici vocalibus, quibus vnusquisque modus figurarum denotatur, adiecerunt consonantes, vt integrae enascerentur voces. Hae voces, quae sunt nomina modorum syllogisticorum, sequentibus indicantur versiculis:

bArbArA cElArEnt primae dArII fErIOque,
cEsArE cAmEstrEs fEstInO bArOccO secundae;

tertia grande sonans, edit dArAptI fElAptOn
ac disAmIs dArIsI bOcArdO fErIsOn.

Quarta denique

cAlEmEs bAmAllp dImAtIs fEsApO frEsIsOm,
Quoniam scilicet syllogismus quicumque tribus constat propositionibus (§. 530.), quaelibet illarum vocum tribus absoluitur syllabis, in quarum quavis vocalis indicat illius propositionis, quam denotat quantitatem & qualitatem; consonae initiales in nominibus trium posteriorum figurarum faciunt ad cognoscendum, ad quemnam modum primae figurae sit reducendus syllogismus in eiusmodi modo formatus, ad illum scilicet; qui eadem incipit consona, v. g. syllogismus in cEsArE, ad modum cElArEnt, syllogismus in dArAptI factus, ad modum dArII. Ex reliquis conso-

consonar
 cum de
 stendur
 di, reli
 eupho
 sonar
 praec
 denot
 vocaii
 conde
 sin der
 praemi
 praem
 maior
 etum
 nis, t
 oppos
 etoria
 agno
 quan
 hacc
 praec
 illa
 erat
 ser
 co
 fy
 fyl
 qua
 inc
 S
 I
 Ali
 ista
 cog
 fyl
 S. 5
 sum (g
 191.)

consonantibus, quae in medio & fine istarum vocum deprehenduntur, haec quatuor S. P. M. C. ostendunt modum eiusmodi syllogismos reducendi, reliquae autem v. g. R. B. T. &c. memoriae & euphoniae causa additae videntur, videlicet consonantes istae semper referri debent ad vocalem praecedentem, v. g. cAm-EstrEs, ubi quidem S. denotat illam propositionem syllogismi, cuius vocali addita est haec consonans, simpliciter esse conuertendam: P. vero per accidens; M. metathesin denotat, siue transpositionem, i. e. illam ex praemissis ad cuius syllabam pertinet, in locum praemissae alterius esse ponendam, vt si v. g. etat maior, fiat minor propositio. Vbi vero rō C. adiectum est syllabae, significat, loco illius propositionis, ad cuius syllabam pertinet, contradictorie oppositam conclusionis poni debere, & contradictoriam alterius praemissae, quam veram esse agnouerat alter, concludi adiicique deinceps aliquam adpendicem, enunciante, quod falsa sit haec conclusio, adeoque cum forma sit legitima, praemissarum vna, vel vtraque falsa; tumque non illa praemissa sit falsa, quae ex priori syllogismo erat adsumta, quam quippe itidem prius concesserat alter, falsam esse istam, quae est propositio contradictorie opposita conclusioni praecedentis syllogismi, per consequens illam conclusionem syllogismi praecedentis esse veram (§. 505.). Ea, quae adhuc explicauimus, sequentibus versiculis inclusa sunt a logicis:

S. vult simpliciter verti, P. vero per accid.

M. vult transponi: C. per impossibile duci.

Alii adhuc alia de reductionis modo, beneficio istarum consonantium instituendo, adferre solent cogitata, quae consulto hic omittimus. Optime syllogismi reducuntur ita, prout docuimus §. 568.

§. 569. *Nomina ista modorum syllogisticorum Theor. sunt signa (P. §. 68.), & quidem deriuatiua (§. 191.), ex quibus ipsa syllogismorum conditio potest*

M 5

est

est cognosci (§. praeced. Schol.), adeoque sunt signa *essentialia* (§. 191.), *per consequens* ceu *specimen artis characteristicae & combinatoriae recte respiciuntur* (§. 195.).

Schol. I. Inferunt etiam imaginationi & memoriae, ut regulas syllogisticas cuiuslibet figurae eo facilius reproducere in anima atque recognoscere possimus.

Schol. II. Doctrinae de reductione addi solet a logicis quibusdam non nihil de syllogismo expository, ope cuius syllogismorum tertiae figurae consequentia potest manifesta reddi. Est enim *syllogismus expository* syllogismus tertiae figurae, in quo vero loco medii termini communis in alio syllogismo obuii, substituitur medius terminus singularis sub communi isto contentus. Terminus iste singularis per pronomen demonstratiuum, vel etiam alia ratione exprimi consuevit. Syllogismus itaque expository semper supponit alium syllogismum tertiae figurae syllogismus *expository* nomine venit.

Definit. §. 570. Syllogismus, in quo latet ordinaria forma, siue qui impingere videtur contra regulas syllogisticas, licet reuera non impingat, vocatur *syllogismus crypticus*.

Schol. Postquam de syllogismis ordinariis atque perfectis, quantum satis, a nobis est actum: de syllogismis crypticis, variisque eorum speciebus praecipua subnectemus.

Definit. §. 571. *Syllogismus crypticus per transpositionem* vocatur, quando propositiones in syllogismo alio ponuntur ordine, quam ordinarie fieri solet.

Schol. Plerumque propositiones in syllogismo ita collocantur, ut maior propositio primo, minor secundo, conclusio tertio loco ponatur. Quod si ergo ab hoc ordine discedamus, syllogismus crypticus oritur per transpositionem. Quomodo eiusmodi cryptis possit tolli, facile patet.

§. 572.

Omne corpus est mutabile. Quod in mutabile est extensum.
 Omne corpus est extensum. Quod in extensum est mutabile.
 Omne corpus est mutabile. Quod in mutabile est extensum.
 Omne corpus est extensum. Quod in extensum est mutabile.
 Omne corpus est mutabile. Quod in mutabile est extensum.
 Omne corpus est extensum. Quod in extensum est mutabile.

D. Omne corpus est mutabile
 E. omne extensum est corpus
 E. omne extensum est mutabile
 S. Quoddam mutabile d. extensum.

Omne corpus est mutabile. Quod in mutabile est extensum.
 Omne corpus est extensum. Quod in extensum est mutabile.
 Omne corpus est mutabile. Quod in mutabile est extensum.
 Omne corpus est extensum. Quod in extensum est mutabile.

Omne corpus est mutabile. Quod in mutabile est extensum.
 Omne corpus est extensum. Quod in extensum est mutabile.
 Omne corpus est mutabile. Quod in mutabile est extensum.
 Omne corpus est extensum. Quod in extensum est mutabile.

§. 572. *Syllogismus crypticus per omissionem* Definit. citur, in quo non omnes syllogismi partes exprimuntur. Si alterutra praemissarum est omiffa, habes *syllogismum enthymematicum*, siue *enthymema*; *syllogismus vero contractus* est, si conclusio ponitur sola, cum medio termino per particulam causalem

Enthymemata & syllogismi contracti adhibentur Schol: potissimum in vita communi, epistolis, &c. enthymemata quoque in methodo mathematica in initio, vbi quis logices praeceptis nondum satis est imbutus, consultum est, vt absteineamus ab eiusmodi syllogismis crypticis per omissionem, quoniam alioquin error facile admittitur.

§. 573. *In enthymemate* exprimitur conclusio Probl. & vna praemissarum. *Si quis ergo crypticum voluerit remouere*, dispiciat, quanam ex praemissis sit posita, quod poterit diiudicari, si inquiramus, qualisnam terminus conclusionis in eademprehendatur (§. 536. 533.). Tum statim patet, quanam praemissa desit. Haec itaque vt suppleatur, ex praemissa posita sumendus est medius terminus, & ex conclusione ille terminus, qui ingredi debet eam propositionem, quam formare cupimus, & connectantur hi termini dicto de O & N. regulisque specialioribus conformiter.

§. 574. *Syllogismus contractus potest mutari in perfectum*, si medium terminum, qui expresse ponitur cum termino maiori & minori ita combinaueris, prout dictum de O. & N. postulat, vbi facile formari potest syllogismus, in quacunque libuerit figura.

RIDIGERVS sibi persuasit, posse enthymemata Schol. quatuor terminorum construi. Verum id non procedere, ex supra (§. 530. Schol. III.) dictis potest concipi.

§. 575. *Syllogismus, cuius forma legitima la-* Definit. tet,

ter, propter substitutionem propositionis aequipollentis ^{an} in locum alterius, vocatur *sylogismus crypticus per aequipollentiam*. cap. 8. 921.

Theor.

§. 576. Propositio conuersa & conuertens sunt aequipollentes (§. 521.), nec non propositio negans & infinita respectu praedicati (§. 20. 410.), itemque loco casus recti poni interdum potest casus obliquus, vt in sensu tamen nihil immutetur, adeoque non minus hac ratione oriri possunt propositiones aequipollentes (§. 520.), *possibilis itaque est sylogismus crypticus per conuersionem, siue reciprocationem, per negationem, itemque per obliquitatem.*

Schol.

Fieri potest, per eiusmodi sylogismos crypticos, vt mox plures videantur adesse termini, quam tres, mox minor propositio in prima figura adpareat negans; nunc ex puris particularibus aliquid videatur sequi, iam ex puris negantibus praemissis; modo videantur esse ambae praemissae adfirmantes in secunda figura; modo conclusio in tertia figura vniuersalis &c. Notanda haec sunt contra illos, qui vniuersalitatem ac veritatem vnus alteriusue regulae sylogisticae, exemplis in contrarium adductis, infringere satagunt; ibi enim semper sylogismos esse crypticos animaduertes, & forma legitima poterit facile manifestari. Oriuntur etiam laepius crypsis *ex omissione signorum quantitatis*, itemque *si pars medii termini perlineat etiam ad terminum maiorem vel minorem, vel etiam vice versa*; ita enim medius terminus videtur ingredi conclusionem. Porro, *sylogismi plures contrahuntur in vnum*, vt i. v. g. in sylogismo Ridigeriano complexo; *si loco propositionis perfectae ponatur cryptica &c.*

Probl.

§. 577. *Si crypticus eiusmodi sylogismus (§. praeced.) ad perfectum sit reducendus, causa crypsos tollenda est. Eruatur ex praemissis medius terminus*

Qui dicitur singulari sunt...
et non dicitur...
Dicitur in...
ad §. 576.

Lococaput recti intantem non solum vocatur sed obliquus, v.g.
omnis homo in aliqua parte est caput
Caput est homo
Et tunc quaedam pars est caput.
ad §. 576.

Nota: multitudine terminorum non pericula sunt, sed mente.
§. 577. Omnis substantia habet vim agendi.

§. 578. Anima nostra habet vim agendi.
§. 579. Anima nostra est substantia.
§. 580. Anima nostra habet vim agendi.

Unde quod...
§. 581. Anima nostra est substantia.
§. 582. Anima nostra habet vim agendi.

§. 583. Omnia corpora sunt extensa.
§. 584. Quaedam corpora sunt extensa.

§. 585. Omne metallum est extensum.
§. 586. Quaedam corpora sunt extensa.

§. 587. Omnis homo in aliqua parte est caput.
Caput est homo
Et c.

minus, & combinetur rite cum quolibet extremo conclusionis.

§ 578. *Syllogismus categoricus* vocatur, cuius Definit.
vtraque praemissa est propositio simplex, siue categorica. *Syllogismus compositus* est, cuius non
ambae praemissae sunt propositiones simplices.

Si vel maxime propositiones incidentes occurrant in Schol.
praemissis, illae nondum faciunt syllogismum
compositum; sed demum, si in praemissis mini-
mum vna sit propositio composita.

§. 578 Quodsi ergo vna praemissarum sit pro- Consect.
positio conditionalis, vel disiunctiua, vel copu-
latiua, syllogismus eiusmodi est compositus (§.
praeced. & 427. seqq.).

§. 579. *Syllogismus conditionalis* siue *hypotheticus* est syllogismus, cuius propositio maior est Definit.
conditionalis.

Quid sit antecedens, consequens, & consequentia, Schol.
supra (§. 432.) est explicatum.

§. 580. Illud *ponitur*, quod ita repetitur, vti Definit.
positum fuit ante; *remouetur* autem, cuius ad-
fertur contradictorie oppositum.

§. 581. Illud itaque ponitur, quod adfirmatur Consect.
(§. 580.), remouetur, quod negatur (§. cit.).

§. 582. Antecedens continet rationem conse- Theor.
quentis (§. 432.). Si ergo locum habet antece-
dens, locum etiam habeat consequens necesse est
(per princ. Ontol.), adeoque *posito antecedente*
ponitur etiam consequens (§. 580.).

§. 583. Posita ratione ponitur id, cuius est ra- Theor.
tio, siue rationatum (per princ. Ontol.); quodsi
ergo rationatum non sit, neque erit ratio. *Sub-*
lato ergo consequente, tollendum erit antecedens
(§. 584. & 432.).

§. 584. Vnius quidem rei ratio non nisi vnica Theor.
pot-

potest esse (per princ. Ontol.), sed illa tamen potest deprehendi in subiectis diversis, vt nimirum hoc subiectum eam contineat rationem, aliud subiectum non minus &c. Plura itaque antecedentia possunt habere locum respectu eiusdem consequentis (§. 432.), adeoque licet hoc vel illud antecedens non sit, possibile tamen fortassis est, vt aliud locum inueniat, vt consequens esse queat (§. 582.). Hinc *a remoto antecedente, ad remouendum consequens, non valet consequentia* (§. 580.) *neque a posito consequente ad ponendum antecedens concludere licet* (§. cit.).

Theor. §. 585. Nihil est sine ratione sufficiente (P, §. 76.). Si ergo ratio consequentis in vnico tantum deprehendatur antecedente, consequens erit negandum, si antecedens locum non habeat (§. cit. & 17.), & si consequens sit, nullum aliud potest esse antecedens (per praeced.). *Si itaque ratio consequentis in vnico tantum deprehendatur antecedente, concludi potest legitime a remoto antecedente, ad remouendum consequens, & a posito consequente, ad ponendum antecedens.*

Consect. §. 586. Duo itaque dantur modi concludendi, 1) *modus ponens*, vbi argumentamur tuto a posito siue vero antecedente ad ponendum siue verum consequens; 2) *modus tollens*, vbi concluditur a falso consequente ad falsum antecedens (§. 582. 583. 580.). Modus vero concludendi a remoto antecedente ad remouendum consequens, nec non a posito consequente ad ponendum antecedens, non adhiberi potest tuto, nisi demonstratum antea fuerit, vnicum tantum istud antecedens rationem illius consequentis in se continere (§. praeced.).

Schol. In syllogismo conditionali maior propositio est conditionalis, adeoque enunciat, si hoc sit, esse etiam illud.

ad §. 585.

Exemplum finit:

- a. Si Deus est contingens; tamen demum, sub unica hac conditione est mutabilis
at non est contingens. Et
- β. Si duo triangula eandem legem in stabilitate in se habent; ipsa sunt aequalia necesse est.
Sed de his latius triangulis $\Delta \Delta$ negatur antecedens. Et et consequens.

ad §. 583.

Si syllogismus hypotheticus formae primae fuerit, tunc in prima figura reducitur.
 5. omnia deus syllogismus in modo operante, tunc dicitur deus aut manum eius, etc.
 6. ratio, illi est ratio naturae; ad id quod est vera propositio, illud ipsum
 verum sit oportet. c. 9.

Si deus est summa benignitas: pro etiam illum possunt sperare.
 Atque verum est pro eo et potestatem.

Si deus est summa benignitas, in eum etiam pro possunt sperare.
 In primo syllogismo conditionis naturae laudat usque ad istam deus in reductione in prima figura est
 mundum est summa benignitas, in eum etiam pro possunt sperare.

Atque deus:
 0. deus autem non est.

Quia, unde ex hac propositione vera deus est summa benignitas, legitime dicitur, illud est verum
 et pro se deum sperare ex hac propositione vera deus est summa benignitas legitime
 sunt.

E. S. vera.

3. Si deus syllogismus conditionalis in modo tollente fuerit, tunc manum dicitur deus in reductione
 in prima figura reducitur.

Quia, si est vera propositio est verum.
 Atque factus est consequens tollitur, si quia consequens tollitur, si
 propositio est vera. E.

In primo syllogismo factus deus, tunc in prima figura reducitur, ad id quod est vera propositio
 In primo syllogismo factus deus, tunc in prima figura reducitur, ad id quod est vera propositio
 tunc in prima figura reducitur.

In primo syllogismo factus deus, tunc in prima figura reducitur, ad id quod est vera propositio
 tunc in prima figura reducitur.

Si deus est homo, etiam filius est homo. A. E.
 In prima figura reducitur, tunc in prima figura reducitur, ad id quod est vera propositio
 habent unum deus et filius hominis, est homo
 tunc in prima figura reducitur, ad id quod est vera propositio
 Atque, si deus est filius hominis, est homo. E.

illud. Tam in modo ponente in propositione minori, ponitur antecedens, & in conclusione hinc infertur, ponendum quoque esse consequens; in modo vero tollente in minore propositione significatur, quod non sit consequens, siue illud remouetur, & hinc in conclusione etiam remouetur antecedens (§. 586. 580.), per consequens in modo ponente repeti deberet in propositione minori integrum antecedens, in conclusione integrum consequens (§. 579. 580. 432.); in modo vero tollente in minore propositione contradictorie oppositum consequentis foret adferendum, & in conclusione contradictorie oppositum antecedentis (§§. cit.). Quod, quoniam longum nimis foret, non raro compendia adhibent logici; dicentes: *verum est prius*, siue antecedens, *ergo & posterius*, siue consequens; item *falsum est posterius*, siue consequens, *ergo & prius*, siue antecedens.

§. 587. In syllogismo hypothetico maior est Theor. propositio conditionalis (§. 579.), minor in modo ponente adserit veritatem antecedentis, in modo tollente falsitatem consequentis (§. 586.). Ut itaque conclusio in syllogismo hypothetico recte se habeat, probanda est 1) veritas propositionis maioris, adeoque consequentia (§. 438. 433.), 2) veritas minoris, per consequens in modo ponente, quod antecedens sit verum; in modo tollente, quod consequens sit falsum (§. 586.). Sim vero in modo extraordinario fuerimus argumentati, ostendendum praeterea est, quod consequens sub vnico tantum illo antecedente queat habere locum (§. cit. & 585.).

§. 588. Si reducere velimus syllogismum hypotheticum ad categoricum, inuestigandum est, vtrum antecedentis & consequentis sit idem subiectum, vel idem praedicatum, tum enim, conclusione seruata, eruatur medius terminus ex praemissis, &

& collocetur legitime, vt prodeat syllogismus eius figurae, in qua eundem formare nobis placeat. Sin vero antecedentis & consequentis diuersa fuerint & subiecta & praedicata, medius terminus absoluetur integra propositione, toto scilicet antecedente, quae ergo propositio rite erit iterum disponenda. Commodior tamen atque facilius hoc casu est via, vt restituamus antea identitatem vnus extremi in antecedente & consequente. Fieri hoc potest ope verbi: *efficit*, & aliorum eius generis, quoniam antecedens continet rationem consequentis (§. 432.), adeoque efficit, vt consequens sit. Restituta identitate, ista, facili negotio deinceps reductio potest fieri.

Schol.

Syllogismi conditionales ob euidenciam suam magni merito fiunt, frequentesque adhiberi solent. Dantur etiam enthymemata syllogismi hypothetici, in quibus propositio maior siue conditionalis, omittitur; qualia tamen, si vnum extremum habeant commune antecedens & consequens, vix ac ne vix quidem discerni possunt ab enthymematibus syllogismi categorici, praesertim primae & secundae figurae.

Definit. §. 589. Syllogismus, cuius propositio maior est disiunctiua, vocatur *syllogismus disiunctiuus*.

Conf. I. §. 590. In syllogismo itaque disiunctiuo ab vno membro posito, ad alterum vel reliqua omnia tollenda potest concludi (§. 445.). nec non ab vno, aut si plura, quam duo adsint, aliquot membris negatis siue remotis, ad ponendum alterum vel vnum ex reliquis, denuo sub disiunctione enumerandis (§. cit.). Dantur admodum disiunctiuo omnia membra plane sub enumerata.

Conf. II. §. 591. Duo itaque sunt modi concludendi per syllogismum disiunctiuum, *tollens* alter, alter *ponens* (§. praeced.), neque alium esse possibilem, ex natura propositionis disiunctiuae patet: si enim velle-

Def. 590.

1. In syllogis mixtis iunctis hypothese propositione disiunctiva et consequentia incedata
2. In syllogis mixtis iunctis hypothese propositione disiunctiva et consequentia incedata

Mixtus est aut necessarius, aut contingens.

Modus ponens. Sed est contingens

Itaque videtur ergo, ut necessarius non sit.

Modus ergo est aut necessarius, aut contingens.

Sed non est necessarius

Modus tollens. Ergo est contingens.

Omne triangulum est aut aequilaterum, aut aequivolum, aut scalenum.

In modo ponente mixtus est in syllogismo. Polysyllogismus.

Sed triangulum est aut aequilaterum

E. nec aequivolum, nec scalenum

In modo tollente abis so
Sed triangulum est ut ne aequivolum, nec scalenum.

E. est aequilaterum.

Cuius est vel doctus v. non doctus.

In modo ponente etc.
Sed est doctus

E. In modo tollente

Sed est non doctus.

E.

vellemus concludere aposito vno membro ad ponendum alterum, vel a remoto vno membro ad remouendum alterum, vel reliqua omnia, id repugnaret §. 445. 447. & 448.

§. 592. In syllogismo disiunctiuo propositio maior est disiunctiua (§. 589.), minor vero, aut ponit vnum membrum, aut tollit vnum vel aliquot (§. 591. & 590.). Si ergo veritas conclusionis debet constare, probanda est 1) veritas propositionis maioris, ostendendo tum quod membra disiunctiua sint vere opposita, tum quod plene sint enumerata (§. 449.); in minore vero illud est adstruendum, quod in eadem enunciatum (§. 371.)

§. 593. Reductio syllogismi disiunctiui fit ita: Probl. sumatur conclusio, eruat ex praemissis medius terminus, & rite ponatur; vel, si hoc non commode procedat, mutetur syllogismus disiunctiuus in conditionalem (§. 450.) & deinde ita instituantur reductio, vti docuimus §. 588.

§. 594. Syllogismus conditionalis, cuius consequens est disiunctiuum, & totum tollitur, ad remouendum antecedens, vocatur syllogismus cornutus, crocodilinus, refutatorius, dilemmaticus, item dilemma, voce generalius sumta, Ciceroni complexio audit. Speciatim pro numero membrorum consequentia, dicitur mox dilemma, voce strictius accepta, mox trilemma, tetralemma, pentalemma &c.

§. 595. Dilemma ergo est syllogismus conditionalis in modo tollente (§. 594. & 586.).

Non raro omittitur antecedens propositionis maioris, vel etiam tota propositio maior, quo casu dilemma habes entymemasicum. Schol.

§. 596. Probari itaque debet in dilemmate 1) Consequentia propositionis maioris, 2) quod membra consequentis sint plene enumerata, & 3) opposita

Corvini Logica.

N

posita

posita (§. praeced. 587. & 592.), denique 4) veritas propositionis minoris, siue quod nullum ex istis membris locum inuenire queat (§. 587. & 595.).

Probl. §. 597. *Quomodo in syllogismum categoricum mutari queat crocodilinus*, patet ex §. 495. & 588.

Definit. §. 598. *Syllogismus copulatiuus dicitur*, in quo propositio maior est copulatiua negans.

Conspicuum vnde dicitur Conf. I. Non est vng. Sicut, color est, et dicitur sed vng. Sicut est color id est. Non est color. Non est color et color est. Non est color et color est. Non est color et color est.

§. 598. Membra ergo enumerata in syllogismi copulatiui maiore propositione non debent posse simul habere locum (§. praeced. & 452.), adeoque concludere licet ab vno eorum posito ad alterum vel reliqua tollenda. Cum vero plena membrorum enumeratio hic non praecise requiratur, tuto concludi nequit ab vno, vel aliquibus remotis, ad alterum, vel vnum ex reliquis ponendum, nisi euictum fuerit, plenam membrorum enumerationem esse factam. Vnicus ergo tantum est modus concludendi legitimus, nimirum a posito in minore propositione vno membro, ad remouendum alterum, vel remouenda reliqua.

Schol. Si copulatiuum syllogismum vellemus formare ex propositione copulatiua affirmante, nihil concluditur, v. g. Caius est & doctus & pius, atqui est pius, ergo doctus; hic nulla est consequentia.

Conf. II. §. 599. Vt itaque pateat veritas conclusionis in syllogismo copulatiuo, ostendendum est, ratione maioris propositionis, membra enumerata sibi esse opposita, ratione minoris vero, illud ita se habere, quod in eadem propositum est (§. praec.).

Probl. §. 600. *Syllogismus copulatiuus reducitur ad categoricum*, si conclusio sumitur, & medius terminus eruitur ex premissis, recteque coniungitur cum termino maiori & minori.

Conspicuum vnde dicitur Definit. Non est color et color est. Non est color et color est. Non est color et color est. Non est color et color est. Non est color et color est.

§. 601. Modus argumentandi, in quo id, quod de inferioribus singulis est dictum, de superioribus vniuer-

1. Das ist die erste Art der Verneinung...
2. Die zweite Art der Verneinung...
3. Die dritte Art der Verneinung...

17. Das ist die erste Art der Verneinung...
18. Das ist die zweite Art der Verneinung...
19. Das ist die dritte Art der Verneinung...

20. Das ist die vierte Art der Verneinung...
21. Das ist die fünfte Art der Verneinung...
22. Das ist die sechste Art der Verneinung...

23. Das ist die siebte Art der Verneinung...
24. Das ist die achte Art der Verneinung...
25. Das ist die neunte Art der Verneinung...

26. Das ist die zehnte Art der Verneinung...
27. Das ist die elfte Art der Verneinung...
28. Das ist die zwölfte Art der Verneinung...

29. Das ist die dreizehnte Art der Verneinung...
30. Das ist die vierzehnte Art der Verneinung...
31. Das ist die fünfzehnte Art der Verneinung...

32. Das ist die sechzehnte Art der Verneinung...
33. Das ist die siebzehnte Art der Verneinung...
34. Das ist die achtzehnte Art der Verneinung...

35. Das ist die neunzehnte Art der Verneinung...
36. Das ist die zwanzigste Art der Verneinung...
37. Das ist die einundzwanzigste Art der Verneinung...

38. Das ist die zweiundzwanzigste Art der Verneinung...
39. Das ist die dreiundzwanzigste Art der Verneinung...
40. Das ist die vierundzwanzigste Art der Verneinung...

41. Das ist die fünfundzwanzigste Art der Verneinung...
42. Das ist die sechsundzwanzigste Art der Verneinung...
43. Das ist die siebenundzwanzigste Art der Verneinung...

verit
m ex
7. &
m m
589.
n quo
gim
polt
deo
al
mem
ratur
erres
dure
um
m et
oito
emo

are
i con
argu
mtra
onis
atio
a liti
ita &
cael
er al
re: d
m m

que
er
m

g
d
g
d

vniuersaliter enunciatur, audit *inductio*, *syllogismus ex inductione*, *syllogismus obliquus*, *experimentalis* &c. Inferiora illa sunt vel singularia, siue indiuidua, vel adhuc communia, siue species; si prius, est *inductio primaria*; si posterius *secundaria*. inmediatam partem.

§. 602. Quidquid valet de omnibus & singularis inferioribus alicuius superioris, idem valet de tota extensione eius (P. §. 61.), adeoque vniuersaliter (§. 112.). *Inductio itaque est modus concludendi legitimus.* Theor.

§. 603. *Inductio*, in qua omnia enumerantur inferiora, vocatur *completa*; *incompleta* vero, si quaedam tantum adducuntur, & additur, eandem esse rationem in ceteris. Definit.

§. 604. Per inductionem ergo completam tuto semper concludere licet (§. 602. & 603.); *inductio* vero incompleta tamdiu potest admitti, donec aliquod inferius adducatur, vbi res non eodem modo se habet, vti in ceteris (§§. citt.). Confest.

§. 605. *Adductio*, alicuius inferioris ideae cuiusdam, de quo non valet idem, quod quis de omnibus illius inferioribus valere adserit, dicitur *instantia*. Definit.

§. 606. *Instantia* itaque infringit vniuersalitatem (§. 605. 112.), cum primis propositionum (§. 374.). *Idcirco enim nulla est quantitas, nisi in iudicio, aut propositione*

§. 607. *Instantia* adeo infringit inductionem (§. 606. & 604.). Conf. II.

§. 608. Si *inductio* est completa, cognoscimus impossibile esse: vt id, quod de omnibus valet inferioribus ideae cuiusdam, non valeat de idea ista vniuersaliter (§. 602.), adeoque vniuersalitati oppositum esse impossibile; per consequens ope *inductionis completae certo cognoscere possumus vniuersalitatem alicuius propositionis.* (P. Theor.

§. 90. 70. 65. & 62.). In incompleta vero inductione non omnia recensentur inferiora (§. 603.), atque adeo nondum cognoscimus, ope illius, quod impossibile sit, dari aliquod inferius, de quo non valet idem, quod de aliis eiusdem ideae inferioribus valet. *Hinc inductio incompleta nondum eo adducit animum, ut vniuersalitatem obtinere, certo cognoscat (§. 112. & P. §. 90.).*

Probl. §. 609. *Ut inductionis constet veritas, probandum est, si pro completa venditatur, omnibus ac singulis inferioribus istud, de quo est sermo, competere (§. 603. 371.); quod si vero sit incompleta, tantum adstruendum, quod in reliquis inferioribus, non expresse adductis, res eodem modo se habeat (§§. citt.), instantiaeque sunt remouendae (§. 607.).*

Probl. §. 610. *Si inductionem transmutare cupiamus in syllogismum ordinarium, loco maioris sumatur haec propositio: Quidquid valet de omnibus ac singulis inferioribus huius ideae, valet de eadem vniuersaliter; tum in minore propositione enunciatur, hoc vel illud valere de omnibus ac singulis eius ideae inferioribus, ut conclusio prodeat, idem de idea ista valere vniuersaliter (§. 601.).*

Definit. §. 611. *Exemplum est modus argumentandi, in quo ab vno inferiori ad alterum concluditur, quoniam sub eodem, quod in mente habemus, superiori continetur, in quo ratio illius praedicatiprehenditur.*

Consect. §. 612. *Ut itaque exemplum recte se habeat, ostendendum venit 1) praedicatum illud conuenire isti inferiori, a quo ad alterum concludere animus est; 2) alterum de quo idem valere inferimus, sub eadem, cum priori; idea comprehendit; 3) ideam illam superiorem, vtrique communem, rationem illius praedicati continere (§. praeced. & 371.).*

§. 613.

Exemplum syllogismi biformis
 B. Sicut panis dicitur alimentum.
 Lex posterior derogat priori.
 Lex A est prior.
 Lex B est posterior.
 Ergo Lex A derogat priori B.

ut dicitur in Galat. 3.
 Deus est sapiens et benignus.
 Quicumque est sapiens et benignus est iustus.
 Deus est sapiens et benignus.
 Ergo est sapiens et iustus.

Et dicitur est iustus.
 Cuius propositio est illius syllogismi ordinarius: ut facit alio modo in his syllogis-
 mus in se inaequum pro maiore et altera minoris pro maiore. v. g. d. iustus
 Quaequumque lex est prior altera, illa derogat posteriori.
 Atque Lex A. est prior Lex B.
 Ergo Lex A. derogat Lex B.

Exemplum syllogismi adsumpti.
 Ubi est Christianorum thesaurus, ibi est illorum cor.

Et qui in caelis
 In quo signis laetitiae dicitur in his syllogis-
 Quicumque de locis continet thesaurum christianorum, ille desecratur.
 Atque caelum

Exemplum syllogismi comparati.
 Quis dicitur non habet propter rationem debiliorem,
 illud etiam non habet propter rationem fortio-
 rem.
 Quicumque potest minus, potest etiam magis.
 Atque dicitur

§. 613. Mutatur exemplum in syllogismum ordi- Probl.
narium, mediante ista superiori idea, quam in ani-
mo reconditam habemus: haec enim adsumatur
tanquam medius terminus, & combinetur cum
termino maiore & minore, regulis syllogismi ge-
neralibus & specialibus conuenienter.

Nonnulli logicorum addunt alios adhuc argumen- Schol.
tandi modos, v. g. *syllogismum biformem*, si plures
propositiones minores ponantur; *syllogismum ad-*
sumptiuum, comparatiuum, &c. de quibus, utpote
minus vsitatis, nihil subiungimus.

§. 614. Non raro, si formauimus syllogismum, Exper.
eius conclusionem, ceu praemissam alius syllo-
gismi denuo adhibemus, vel etiam praemissam
prioris facimus conclusionem alius syllogismi.

§. 615. *Syllogismi concatenati* sunt syllogismi, Definit.
quorum vnus conclusio est praemissa alterius.

§. 616. Syllogismi itaque concatenati propo- Consect.
sitionem quandam habent communem (§. praec.).
Saepius ratiocinia & syllogismos concatenamus
(§. 614. & 613.).

Non tamen ita definire licet syllogismos concatena- Schol. I.
tos: fieri enim potest, ut duo syllogismi eandem
propositionem habeant communem, neque sta-
tium pro concatenatis, secundum vsum loquendi,
habeantur, v. g. *omnis homo est rationalis, nul-*
lum brutum est homo: ergo nullum brutum est
rationale, & *omnis homo est rationalis, nulla men-*
sa est rationalis, ergo nulla mensa est homo.

In communi vita saepissime hoc contingit, licet non Schol. II.
attendenti satis, sit minus perspectum.

§. 617. Series syllogismorum concatenatorum Definit.
dicitur *ratiocinatio* seu *dianoea polyfyllogistica*.

§. 618. Oritur itaque ratiocinatio polyfyllogi- Consect.
stica, si conclusio vnus syllogismi denuo adsumi-
tur tanquam propositio fundamentalis, & noua

evolutione instituta, alia inferitur conclusio (§. praeced. 614. & 525.); item si praemissa unius syllogismi adsumitur pro conclusione noui, & quaeritur medius terminus, unde alium syllogismum construimus.

Definit. §. 619. Syllogismus, cuius conclusio sit praemissa syllogismi immediate sequentis, vocatur *epi-syllogismus*; *perisyllogismus*, cuius praemissa fuit conclusio syllogismi proxime praecedentis? *pro-syllogismus* vero est syllogismus, cuius conclusio est praemissa syllogismi praecedentis.

Consect. §. 620. Syllogismi itaque, quorum vnus est prosyllogismus, alter episylogismus prioris, sunt syllogismi concatenati (§. praeced. & 614.).

Definit. §. 621. *Modus synthetice connectendi syllogismos* est, si conclusio praecedentis syllogismi sit praemissa sequentis; vbi vero praemissa praecedentis sit conclusio sequentis, *modus analytice connectendi syllogismos* obtinet.

Schol. Modus vterque potest adhiberi inueniendo, demonstrando &c. prior tamen docendo, posterior disputando potissimum est adcommodatus. Possunt praeterea syllogismi plures ita combinari, vt ex conclusionibus plurium syllogismorum vna fiat propositio, quae deinceps rursus tanquam praemissa alius syllogismi adhibetur, vel etiam vice versa. Interim hicce modus reuera ab illis non differt.

Consect. §. 622. Quodsi ergo ab episylogismis ad perisyllogismos progredimur, syntheticum; si a syllogismo ad eius prosyllogismos, analyticum adhibemus syllogismos concatenandi modum (§. 621. & 619.).

Definit. §. 623. Syllogismus, qui oritur ita, vt ex alterutro extremo propositionis fundamentalis noua euoluatur idea, ex cuius combinatione cum ea, ex qua euoluta est, sit noua propositio, ex qua

io (f
vni
ut, d
legis

pre
re
re
pre
sio

est
iust

ge
ni
ces

de
re
ol
ri
un
an
vel
era

ri
a
n
r

qua denuo fit euolutio, & hoc negotium continuetur, quoad libuerit, donec id, quod postremo est euolutum, in conclusione combinetur cum altero extremo propositionis primae, ex quo euolutio facta non est, vocatur *sortes*.

§. 624. Patet ergo euolutionem illam semper fieri debere dicto de omni & nullo conuenienter; non vero in generali sortis definitione determinari, vtrum praemissae praecedentis praedicatum debeat esse semper sequentis subiectum, an praecedentis subiectum praedicatum sequentis; vtrum subiectum praecedentis debeat esse subiectum sequentis, an praedicatum praecedentis praedicatum sequentis &c. (§. praeced.) Consect.

Generalius id, quod postremo est adlatum, ita poterat enunciari: in definitione sortis non est determinatum, vtrum idea euoluta, ita sit connectenda cum illa, ex qua euoluta est, vt eadem fiat pars propositionis sequentis, qualis fuit in propositione praecedente illa idea, ex qua euolutio est facta. Schol.

§. 625. Ad syllogismum nihil requiritur, nisi propositio fundamentalis, & euolutio ex eadem facta (§. 525. 524.), iam in sorte quolibet praemissa quaeuis adhibetur tanquam propositio fundamentalis, sola vltima excepta, ex qua quippe non fit noua euolutio, sed eius tantum extremum vnum connectitur cum extremo vno praemissae primae (§. 623.), vt scilicet conclusio prodeat; ergo in quolibet sorte tot continentur syllogismi, quot adsunt praemissae, demta vna. Theor.

§. 626. *Soritem uniformem* vocabimus, in quo idea ex praecedente praemissa euoluta, semper idem est extremum propositionis sequentis, quod fuit illa idea, ex qua euolutio facta est, in praemissa praecedente; *disformem* e contrario, in quo eiusmodi terminorum positus non semper obseruatur. Definit.

- Definit.** §. 627. *Sorites vulgaris*, siue *communis*, item *directus* dictus, est sorites vniformis, in quo euolutio semper fit ex praedicato praecedentis praemissae. *Sorites Goclenianus* est syllogismus vniformis, in quo euolutio semper fit ex subiecto praecedentis praemissae.
- Consect.** §. 628. In sorite itaque vulgari siue communi conclusio ita est formanda, vt subiectum primae praemissae sumatur pro subiecto conclusionis, praedictum vero vltimae praemissae fiat praedictum conclusionis (§. 627. 626. & 623). In sorite vero Gocleniano subiectum postremae praemissae fieri debet subiectum conclusionis, & praedictum primae praedictum conclusionis (§§.citt.)
- Probl.** §. 629. *Reductio soritis vulgaris ad syllogismos primae figurae synthetice ita instituitur*: sumatur prima praemissa loco minoris propositionis; secunda, loco maioris, inde inferatur conclusio? haec denuo accipiat pro minore, tertia praemissa pro maiore; & inde denuo euoluatur conclusio, atque ita continuetur, donec perueniamus ad syllogismum, cuius conclusio est ipsa conclusio soritis.
- Probl.** §. 630. *Analytice reducitur sorites vulgaris ad figuram primam*, si praemissa postrema, vtpote idem habens cum conclusione soritis praedictum (§. praeced.), sumatur loco maioris propositionis (§. 536.); ex hoc enthymemate suppleatur deficiens propositio minor (§. 575.), quae pro noua conclusione est sumenda, cui tanquam maior propositio inseruit praemissa penultima, ex qua & conclusione ista restitui debet propositio minor, atque hac ratione progrediaris, donec prodeat syllogismus, cuius vtraque praemissa iam apprehenditur in ipso sorite.
- Theor.** §. 631. *Omnes praemissae in sorite vulgari sunt pro-*

2) omnia mutabilia sunt contingens.
anima nostra est mutabilis.

Et anima nostra est contingens.

1) in 1^o libro man. J. G. C. reductionem syntheticam uno subiecto habens: oblatum in 2^o analyti-
com. et v. v.

propo
tum ex
vniuer
§. 6
propo
per co
§. 6
millis
synth
gans
quanti
nor (§
In redu
§. 63
Hæc
rum
syllog
seque
§. 54
ri pot
sio for
illa no
mi. S
cite a
fit ne
adfir
tuend
ri deb
quæ
Int
fe
m
i
p
p
p
et

propositiones maiores in prima figura, *prima tantum excepta* (§. 630. 629.), adeoque *debent esse uniuersales* (§. 554.).

§. 632. *Praemissa prima soritis vulgaris est Theor. propositio minor in prima figura* (§. 629. 630.), per consequens semper *debet esse adfirmans* (§. 555.).

§. 633. Si una ex reliquis soritis directi praemissis, ultima excepta esset negans, in reductione synthetica conclusio non minus esse deberet negans (§. 542.). Haec vero, cum syllogismi sequentis in prima figura debet fieri propositio minor (§. 629.), negans esse minime potest (§. 555.). In reductione analytica minores sunt supplendae (§. 630.), quae adfirmantes sint necesse est (§. 555.). Hæ euadunt conclusiones sequentium syllogismorum (§. 630.), adeoque conclusiones sequentium syllogismorum debent esse adfirmantes, per consequens nulla eorum praemissa potest esse negans (§. 542.). Ultima vero praemissa in sorite vulgari potest negatiua esse. Licet enim tum conclusio soritis euadat negans, nihil refert, siquidem illa non fit denuo propositio minor alius syllogismi. Secundum reductionem analyticam idem licite admittitur. Etiam si enim praemissa ultima sit negans, minor tamen, utpote supplenda, est adfirmans, nec aliud inde incommodum est metuendum. Ergo *omnes praemissae in sorite vulgari debent esse adfirmantes, sola ultima excepta, quae quippe potest esse negans.*

Interim infinitae possunt esse istae propositiones, Schol. scilicet si sequentis praemissae subiectum sit terminus negatiuus: tum enim particula negatiua in sequenti praemissa occurrens, pertinet ad praedicatum illius, quod quippe fuit subiectum praecedentis praemissae. Falluntur itaque, qui praemissas in sorite omnes, prima excepta, posse esse negantes, sibi persuadent.

N 6

§. 634.

Probl. §. 634. *Sorites Goclenianus Synthetice ad primam figuram ita reducitur*: praemissa eius prima sumatur loco maioris, secunda loco minoris propositionis, & hinc inferatur conclusio; haec tanquam maior secundi syllogismi est sumenda, praemissa foritis tertia tanquam minor, ex quibus noua deducatur conclusio, & sic continetur, donec peruenias ad syllogismum, cuius conclusio est ipsa conclusio foritis Gocleniani.

Probl. §. 635. *Analytice sorites Goclenianus duplici modo reduci potest*:

I) Sumatur conclusio foritis & praemissa vltima, quae idem habet cum conclusione subiectum (§. 628.), tanquam minor propositio (§. 536.); suppleatur hinc propositio maior. Haec propositio maior sumatur pro conclusione noua, antepenultima foritis praemissa pro minore, & noua fiat maior. Ita negotium hocce est continuandum; donec proueniat syllogismus, cuius vtraque praemissa apprehenditur in sorite, siue cuius maior propositio est prima foritis praemissa.

II) Sumatur pro maiore propositione syllogismi primi, praemissa foritis prima, secunda pro maiore in secundo syllogismo &c. subsumatur vbique subiectum conclusionis sub propositionis maioris subiecto, ad propositionem minorem suppleendam, & exinde in quolibet syllogismo inferatur conclusio, donec peruenias ad syllogismum, cuius propositio minor est ipsa vltima foritis Gocleniani praemissa.

Theor. §. 636. In sorite Gocleniano, si reducatur synthetice, vel etiam analytice, modo primo, praemissae omnes, prima excepta, sunt propositiones minores in prima figura (§. 635. no. I. 634.), adeoque debent esse adfirmantes (§. 555.). Quodsi analytice, & quidem modo posteriori, redu-

De duobus sortibus Gocleniano.

- I. Sui syllogismus dicitur Aristi imperfectus n. ratiocinatio vel syllogistica, ab eo mutilata sicut n. dicitur. Sicut syllogismus crypticus §. 634.
- II. Angli dicitur sortibus Gocleniano.
 - A. Sicut dicitur sortibus vulgarem n. dicitur in hinc dicitur, §. 635 dicitur sortibus Goclenianum.
 - B. Sicut dicitur sortibus ad 623 §. - 633 ad n. Illi quatuor sunt generalis unum, dicitur omnia inferna sortibus Gocleniano alio Caillon!
 - C. Omne parallelogramum habet latera sibi opposita parallela.
 - D. Omne quadratum est parallelogramum.
 - E. Quaedam figura habet latera sibi opposita parallela.
- III. Sicut dicitur sortibus Gocleniano praemissae debent esse affirmantes, excepta prima §. 636.
- IV. Sicut dicitur sortibus Gocleniano, ultima debent esse universales §. 637.
- V. Sicut dicitur sortibus Gocleniano, significatione sui non obstat nisi dicitur sortibus vulgari infer. Part. §. 635.

inducat
gura (S.
elle ad
recepta
bus pr
proba
clutio
adeoq
bent e
maiore
negati
munus
negant
clutio
Ergo o
excepta
S. 6.
thetica
gura (S.
554.)
cuacta
634.
554.
mili
cept
tima
conc
quor
or
ma
pra
or
m
t
k

reducatur, praemissa vltima fit minor in prima figura (§. 635. no. II.), adeoque necessario debet esse adfirmans (§. 555.), reliquae praemissae, prima excepta, omnes fiunt propositiones maiores, quibus praecedentium syllogismorum minores sunt probandae, quae itaque minores euadunt conclusiones secundi & sequentium syllogismorum, adeoque conclusiones illorum syllogismorum debent esse adfirmatiuae (§. 555.), per consequens maiores horum syllogismorum non possunt esse negatiuae (§. 542.), prima autem praemissa quo minus sit negans, adeoque conclusionem faciat negantem, nihil obstat, siquidem prima illa conclusio non fuit minor propositio alius syllogismi. Ergo omnes soritis Gocleniani praemissae, prima excepta, debent esse adfirmantes.

§. 637. In resolutione soritis Gocleniani syn-Theor.
 thetica, praemissa prima fit maior in prima figura (§. 634.), adeoque debet esse vniuersalis (§. 554.), conclusiones prodeuntes semper iterum euadunt maiores in sequentibus syllogismis (§. 634.), adeoque omnes debent esse vniuersales (§. 554.); per consequens reliquae etiam soritis praemissae omnes, quae euadunt minores, vltima excepta itidem debent esse vniuersales (§. 542.); vltima potest esse particularis: licet enim tunc fiat conclusio postrema particularis, nihil refert, quoniam ista non vterius adhibetur tanquam maior syllogismi alius cuiusdam. In resolutione analytica modo priori instituta, omnes quidem praemissae, prima excepta, fiunt minores, & maior est supplenda (§. 635. no. I.), sed quoniam maior tum fit rursus conclusio noui syllogismi, conclusiones omnium syllogismorum ex illa resolutione prodeuntium, vltimo excepto, debent esse vniuersales (§. 554.), adeoque propositiones minores

nones particulares esse non possunt. Ultima praemissa soritis Gocleniani etiam si particularis sit, adeoque conclusio prima identidem particularis esse debeat, nullum committitur vitium, quoniam haec non fuit propositio maior alius cuiusdam syllogismi. In resolutione analytica modi postremi omnes praemissae fiunt maiores, ultima excepta, quae sit minor (§. 635. no. II). Ergo omnes praemissae soritis Gocleniani, ultima excepta, debent esse uniuersales.

Theor. §. 638. In sorite quolibet plures continentur syllogismi (§. 625.), ita quidem, ut vnus conclusio sit alterius praemissa (§. 629. 630. 634. 635.), omnis itaque sorites continet ratiocinationem polysyllogisticam (§. 617. 615.), licet mutilatam.

Definit. §. 639. Epicheirema est syllogismus, cuius praemissarum alterutri, vel vtrique statim adiicitur probatio.

Schol. Actum est adhuc de illis ratiociniis, quae innuntur convenientiae idearum, siue terminorum in propositionibus. Progrediemur nunc ad consequentias, quas vocant immediatas.

Theor. §. 640. Conclusio oritur, si terminos praemissarum diversos combinemus (§. 529.). Ergo ex vnica praemissa non nisi vnicum conclusionis extremum cognoscimus, quamdiu vero praemissa altera ignoratur, ignotum est alterum conclusionis extremum, per consequens, ex vnica praemissa non potest deduci conclusio.

Definit. Consequentiae ergo immediatae non possunt esse modi ratiocinandi, vbi conclusio ex vnica deducitur praemissa (§. 640.).

Schol. Alii, ut ostendant, vnicam praemissam non continere rationem conclusionis sufficientem, ad hoc provocant, quod, si vel maxime vna illa praemissa nobis innotescat, mentem tamen non subeat conclusio,

§. 639.

Qui vine suo utitur neminem laedit.

quia non agit contra obligationem suam.

Aggressor sed defendens, vine utitur suo

ad est enim laesio imminens, quae iusta est defensionis causa.

E. Aggressor sed defendens neminem laedit.

§. 640

Ant n. Salva homini. in his solis quibus non utitur. Got man alts. in n. Sal. post. n. f. Grund. ita, wa
nim man g. vada d. in n. u. f. a. ut non solga Zinfur kan. Ant nimmi Salva R. d. in n. al. h. in
N. Hois mus ordinarius n. h. f. in.

clusio, quam alter ex ista praemissa deducere vult; quod etiam experientiae est consentaneum.

§. 641. *Consequentia immediata est modus concludendi ab vna vel aliquot propositionibus, ad alteram, vel alias, ob regulam quandam logicam, quam mente tenemus.* Definit.

§. 642. Regularum logicarum, quibus innitur propositionum conuenientia & diuersitas sunt variae (per capp. praeced.); vnde *variae possunt formari consequentiarum immediatarum species* (§. praeced.). Theor.

§. 643. Dantur itaque consequentiae immediatae a specie ad genus particulariter (§. 119.), v. g. ab actu ad posse; ab affirmato vel negato superiori vniuersaliter ad neganda, vel adfirmanda omnia inferiora (§. 114.), v. g. a negata possibilitate vniuersaliter ad negandam actualitatem; a propositione aequipollente ad aequipollentem adfirmatiue & negatiue; ab indefinita ad vniuersalem (§. 387. Schol.), ceteris tamen paribus; a negante ad infinitam & de extremo negato (§. 410.), ab exponibili ad exponentes & vice versa (§. 455. 459.); disiunctiua adfirmata ad copulatiuam negantem (§. 445. 451.), non tamen vice versa (§. 448. 453.), a disiunctiua ad conditionalem (§. 450.); a categorica quacunque ad conditionalem (§. 432.); a particulari, siue indeterminata, ad vniuersalem, siue determinatam (§. 392.); ab hypothetica ad categoricam, siue simplicem (§. 432. 392.); ab vna oppositarum vera ad alteram falsam (§. 490.); ab vna contradictoriarum falsa ad alteram veram & ab vna vera ad alteram falsam (§. 505.); ab vna contrariarum vera ad alteram falsam non vice versa (§. 498.); ab vna subcontrariarum falsa ad alteram veram non vice versa (§. 504. 500.); a veritate subalternantis

tis ad veritatem subalternatae, non vice versa (§. 508.); a falsitate subalternatae ad falsitatem subalternantis, non vice versa (§. 509.); a vera conuersa ad ueram conuertentem, non semper vice versa (§. 510.).

Schol.

Referri huc etiam solet consequentia immediata & compositis ad diuisa affirmatiue, non uero negatiue: a diuisis ad composita; ab existentia cum certa determinatione, ad existentiam rei simpliciter, siue a copula tertii adiecti uniuscuiusque summa ad copulam secundi adiecti. Quam plurimas adhuc alias consequentiarum immediatarum species deprehendimus apud IUNGIVM in logica Hamburgensi, & praesertim, quem praecceptorem ad cineres pie veneramus, & cuius immortalia profus sunt in nos merita, Excell. REVSCHIVM, in systemate logico, auro & cedro digno, qui praeceteris in colligendis immediatis consequentiis insignem praestitit operam.

Theor.

§. 644. Si propositio quaedam sit vera, certa locum habet idearum relatio (§. 371). Quodsi cum subiecto & praedicato eandem addas determinationem, prior illa idearum relatio mutari nequit, per consequens eadem maneat necesse est. Ergo, si propositioni verae addatur propositio identica, quod prouenit, non minus verum sit oportet. (§. 479. & 371).

Schol.

Est haec consequentia immediata minime noua, si quidem illius iam deprehenduntur vestigia in IOANNIS ABRAHAMI CVFFELLERI specimenne artis ratiocinandi, Hamburgi (Amstelodami) a. 1684. in 8. edito. Pertinet ad eandem ratiocinatio obiectiua siue consequentia adplicationis quorundam logicorum itemque consequentia immediata a rectis ad obliqua. Vocatur quoque consequentia immediata per additionem. Falleremur, si ita eadem vellemus exprimere: si verae propositioni vera additur, quae prouenit est vera. Si enim
huic

hui
ade
ipi
tan
§. 6
rum r
379-)
ex sui
reman
relatic
vius
ara j
pio e
Eac
§.
tio co
miffa
(§. 64
antece
(§. 43
thetic
lis qu
(§. 58
imme
uae j
At
n
f
r
t

huic propositioni: omnis spiritus est intelligens addamus illam: corporeum est substantia, prodit, spiritus corporeus est substantia intelligens, quae tamen propositio est absurda.

§. 645. Si propositio aliqua est vera, illa idea- Theor.
rum relatio, quae significatur, habet locum (§. 379.), si itaque eandem determinationem demas ex subiecto atque ex praedicato, inter ea quae remanent, eadem adhuc locum habeat a portet relatio, adeoque propositio, quae remanet, non minus erit vera (§. cit.). Hinc, si ex propositione vera subtraxeris identicam, quae remanet, propositio etiam est vera (§. 479. & 371.).

Eadem hic notanda veniunt, quae ad §. praeced. Schol.

§. 646. In omni consequentia immediata ratio- Theor.
tio conclusionis sufficiens deprehenditur in praemissa & regula logica, quam in mente habemus (§. 641.), ergo praemissa potest sumi tanquam antecedens, & conclusio tanquam consequens (§. 432.) atque hinc formari syllogismus hypotheticus (§. cit.). Iam syllogismus conditionalis quilibet potest reduci ad primam figuram (§. 588.), per consequens quaelibet consequentia immediata potest transmutari in syllogismum primae figurae.

Atque ita ad finem perducta est integra de syllogis- Schol.

mis doctrina. Ratio praecipua cur haecce vberius sunt pertractata, est, ut inseruiant demonstratio- ni. Progrediendum nobis ergo nunc erit ad hanc de demonstratione materiam, si antea alia quaedam praemittenda praemiserimus.

CAPUT VII.

DE

VERITATE EIVSQUE OPPOSITO.

Probl. Quid sit *veritas logica* ostensum est (P. §. 99.) quid *veritas in ideis* (§. 129.); in propositionibus (§. 371.), quandonam *ratiocinium sit verum*, patet ex iis, quae cap. praeced. sunt dicta, vnde illa hic repetere *superuacaneum foret*.

§. 647.

Theor. **P**ropositio est vera, si illa praedicati ad subiectum relatio habet locum, quae in eadem enunciat (§. 371.), per consequens, si praedicatum sub ea, quae in propositione indicatur, relatione, determinatur per subiectum, propositio est vera, & vice versa, si vera est propositio praedicatum sub ea, quae significatur relatione, per subiectum determinetur oportet.

Conf. I. §. 648 Propositio itaque affirmatiua vera est, si praedicatum determinatur per subiectum (§. praeced. & 420.); negatiua autem si oppositum praedicati per subiectum determinatur, siue quod illud praedicatum subiecto non competat (§§. cit. & 337.).

Conf. II. §. 649. Qui ergo ostendere vult propositionis alicuius veritatem, ei ostendendum incumbit, si propositio est affirmatiua, quod ipsum praedicatum; si negatiua, quod oppositum praedicati per subiectum determinetur (§ praeced.).

Theor. §. 650. Propositio est falsa, si ea praedicati ad subiectum relatio non habet locum, quae in propositione significatur (§ 371.), per consequens, si oppositum praedicati sub ea relatione, quae in propositione enunciat, per subiectum determinatur (§. 337.). Hinc *propositio affirmans falsa est*,

est, si oppositum praedicari per subiectum determinatur, negatiua autem, si praedicatum determinatur per subiectum (§. 420.).

§. 651. Per consequens falsitatem alicuius propositionis ostensurus, manifestare debet, si illa sit affirmatiua, oppositum praedicati; si negatiua, ipsum praedicatum per subiectum determinari (§. praeced.). *Definit. Theorema.*

§. 652. Ille perspicit veritatem propositionis, qui perspicit, quomodo relatio praedicati in eadem significata, determinetur per subiectum. *Theor. definitio.* Falsitatem propositionis perspicit, qui perspicit quomodo oppositum eius relationis, quae in propositione indicatur, per subiectum determinetur.

§. 653. Si quis adeo cognoscat quidem, quod relatio praedicati ad subiectum in propositione significata habeat locum, vel non habeat, sed non perspicit, quomodo relatio praedicati, vel eius oppositum determinetur per subiectum, is nouit quidem propositionem veram esse, vel falsam, aut veritatem vel falsitatem illius non perspicit (§. praeced.). *Consect.*

§. 654. Omnis propositio negatiua aequipollet affirmatiuae, infiniti praedicati (§. 410.). Cum itaque propositio affirmatiua sit vera, si praedicatum determinatur per subiectum (§. 648.), veritas propositionis generatim est determinabilitas praedicati per notionem subiecti. *ergo, per se ipsam essentiam, s. per essentiam, et ut se ipsam ostendit.*

§. 655. Illud, ex quo aliquid potest agnosci, vocatur *critterium*, siue *nota*. *Definit.* *Critterium veritatis* est propositioni intrinsecum, unde agnoscitur eam esse veram; *critterium falsitatis* autem est propositioni intrinsecum, unde agnoscitur, eam falsam esse.

§. 656. *Critterium* ergo veritatis alicuius propositionis est determinabilitas praedicati per subiectum *Consect.*

- iectum (§. 655. & 654.); falsitatis, si oppositum praedicati per subiectum determinatur.
- Theor. §. 657. Ex vero non nisi verum sequitur (§. 543). Iam, quod demonstratur, deducitur ex principiis indubitatis (P. §. 79.), adeoque ex vero (P. §. 78. & 99.); *quicquid ergo demonstratur est verum.*
- Definit. §. 658. *Adensus propositioni praebetur, si habetur pro vera.*
- Theor. §. 659. Error est adensus propositioni falsa datus (P. §. 106.), consequenter, qui errat, propositionem falsam habet pro vera (§. 658.).
- Definit. §. 660. *Praecipitantia in iudicando est actus ad sentiendi propositioni nondum sufficienter probatae & explicatae.*
- Definit. §. 661. Iudicium per praecipitantiam latum vocatur *praeiudicium, sine praeiudicata opinio.*
- Schol. Vox haecce in foro, siue significatu iuridico denotat eiusmodi quid, quod alia vice in eadem causa praebet exemplum ad iudicandum. Nos termino isto hic in significatu philosophico utimur.
- Consect. §. 662. Oriuntur itaque praeciudicia ex nimia in iudicando velocitate (§. praeced. & 660.), adeoque pertinent ad facultatem cognoscitivam (P. §. 23. & 65.).
- Definit. §. 663. Iudicium illud per praecipitantiam latum, vel verum est, vel falsum; hinc *praeiudicium vel verum est, vel falsum.*
- Consect. §. 664. Praeciudicia itaque falsa sunt errores (P. §. 100.), adeoque ex obscuritate idearum resultent necesse est (§. 34.).
- Definit. §. 665. Iudicia vel a persona, vel a re quadam desumuntur, vnde *praeiudicium* vel est *personale, vel reale.* Si prius, aut desumitur ab ipsa persona iudicantis, & quidem vel a perfectionibus, vel ab imperfectionibus, quas maiores esse, quam

ad 667.

Syllogismus sophisticus falsus. Item. Namque non est syllogismus. Dicitur autem syllogismus a syllogos, id est a sumendo. Quia
da alius dicitur syllogismus, qui est in rebus, ut in syllogismo, in quo transitur a maiori ad minorem. Et sic dicitur syllogismus a
syllo, id est a sumendo, et logos, id est a sermone. Et sic dicitur syllogismus a syllo, id est a sumendo, et logos, id est a sermone.

quam sunt, sibi persuadet iudicans; prius vocatur *praeiudicium nimiae confidentiae*, posterius *nimiae diffidentiae*, erga se ipsum, audit; aut a persona quadam alia, eiusque rursus vel perfectionibus, vel imperfectionibus, vnde oritur *praeiudicium auctoritatis*, & *praeiudicium diffidentiae erga alios*; quae sunt vel vera, vel falsa.

Pro diuersitate perfectionum & imperfectionum, Schol.

quas iudicans praecipitanter vel sibi, vel aliis tribuit, variae rursus enascuntur praediudiciorum personalium species, v. g. praediudicia eruditionis, sapientiae, eloquentiae, virtutis, elegantiae morum, aetatis, famae, nationis, sectae, fortunae, librorum eorumque magnitudinis, multitudinis, diuitiarum, corporis, ordinis &c.

§. 666. Res illae, a quibus desumuntur praediudicia realia, vel concernunt tantum cognoscenda, vel agenda. Si prius *praeiudicia sunt theoretica*; si posterius *practica*. quae sunt vel vera, vel falsa. Definit.

Variae hic iterum dantur classes v. g. praediudicia Schol. philosophica, theologica etc. speciatim logica, metaphysica, moralia etc. antiquitatis, nouitatis etc.

§. 667. *Paralogismus* est syllogismus, cuius consequentia non est legitima. Speciatim *sophisma* siue *paralogismus sophisticus* est paralogismus, consulto ad aliquem circumueniendum adhibitus. Hic vocatur etiam *captio*, *syllogismus sophisticus*, *syllogismus fallax*; *cauillatio* &c. *Fallacia* est ipsum illud vitium consequentiae in syllogismo. Definit.

Nonnulli paulo aliter definiunt paralogismum & Schol. *sophisma*, per illum intelligentes syllogismum manifesto formae vitio laborantem, per hoc vero, cuius formae vitium sit occultum.

§. 668. In omni itaque paralogismo, adeoque *Consect.* & *sophismate*, *fallacia* obuia sit necesse est, (§. praeced.).

Definit. §. 669. Fallacia latet vel in signo cogitationis in suppositione materiali, vel in signo cogitationis in suppositione formali sumto. Prior fallacia in dictione; posterior fallacia extra dictionem saluatur.

Definit. §. 670. Fallacia in dictione haeret vel in vna syllogismi voce, vel in pluribus. Inde fallacia simplicis dictionis: hinc fallacia coniunctae dictionis resultat. Fallacia simplicis dictionis denuo vel est fallacia aequiuocationis, vel accentus, seu prosodiae, vel figurae dictionis, prout terminus vel est aequiuocus, vel vnus terminus cum alio confunditur propter erroneam prosodiam, seu quantitatem termini; vel quod termini suppositio mutatur. Fallacia coniunctae dictionis oritur vel ex ambiguitate orationis; vel ex compositione eorum terminorum, qui componendi non erant; vel ex diuisione, seu disiunctione eorum, qui seiungi non debebant. Si primum obtinet habes fallaciam amphiboliae; si secundum, fallaciam compositionis; si tertium, fallaciam diuisionis,

Definit. §. 671. Fallacia extra dictionem vel latet in praemissis, & dicitur fallacia antecedentis; vel in conclusione, quae scilicet non sequitur ex praemissis, vnde fallacia consequentis. Fallacia accidentis locum habet, si ex eo, quod per accidens est, concluditur ad id, quod est per se. Fallacia a dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, si aliquid absolute ac vniuersaliter accipitur, quod non nisi cum restrictione particulariter erat accipiendum. Vbi vero aliquid, quod absolute seu simpliciter quidem dictum, secundum quid, i. e. cum exceptione, restrictione, aut limitatione est intelligendum, sumitur pro simpliciter posito, & hinc conclusio deducitur, fallacia a dicto simpliciter ad dictum

non debita accipitur

Aristam secundum quid obtinet. Fallacia non causae ut causae est, si aliquid tanquam causa allegatur, quod talis non est. Fallacia falsi medij, si falsus adhibetur medius terminus. Fallacia plurimum interrogationum, si in quaestione plura simul continentur, quam ut simplici responsione eidem satisfieri queat. Fallacia petitionis principii siue quaesiti, si illud, ex quo aliquid probare volumus, aeque est dubium, ac illud, quod probare inde volumus. Fallacia ignoratio elenchi, si aliud probatur, quam quod probandum erat, quae speciatim ignoratio elenchi audit, si aliud refutamus, quam quod refutandum erat.

Aliqui logicorum vnam alteramue fallaciam aliter Schol. I. definiunt, v. g. quando dicunt *fallaciam non causae ut causae*, si in syllogismo quodam conclusionem falsam esse colligitur ob rationem, quae tamen non habet locum. Alia ut taceamus.

Postquam de veritate & eius opposito actum est, iam Schol. II. ad diuersas quasdam humanae cognitionis species breuibus enucleandas accingemus.

CAPVT VIII.

DE

COGNITIONE CERTA ET PROBABI.

§. 672.

Cognitio nostra est certa de aliqua re, si ali- Definit.
quid ita verum esse cognoscimus, ut oppo-
situm non posse inuenire locum, iudicemus.
Quando incerti sumus de aliquare, hinc patet.

§. 673. Non raro vnus agnoscit veritatem ali- Exper.
cuius propositionis, & perspicit, eius oppositum
non

O 3

non

non posse esse, cum de altero idem praedicare non queat.

Consect. §. 674. Eadem itemque propositio vni potest esse certa, cum alteri non sit, nisi incerta (§. 673. & 672.).

Definit. §. 675. *Requisita ad veritatem* vocantur ea, per quae praedicati ad subiectum relatio determinatur.

Theor. §. 676. *Qui omnia ad veritatem requisita adesse agnoscit*, perspicit ea, per quae praedicati ad subiectum relatio determinatur (§. praeced.); adeoque veritatem propositionis, ita vt agnoscat, oppositum eius esse impossibile, (§. 654.), per consequens de illa est certus (§. 672.).

Theor. §. 677. Quodlibet requisitum ad veritatem est eiusmodi quid, ex quo praedicatum subiecto vel competere vel non competere cognoscitur (§. 675. & P. §. 63.). Hinc quolibet requisitum ad veritatem est ratio, eae praedicatum subiecto conueniat, vel non conueniat (P. §. 18.) & omnia simul constituunt rationem sufficientem (P. §. cit.), quaedam vero eorum insufficientem tantum.

Salt. em. cognoscend.

Consect. §. 678. Quicumque adeo agnoscit requisita ad veritatem omnia, rationem sufficientem propositionis cognoscit (§. praed.); qui vero non nisi vnum, vel aliquot requisita ad veritatem cognoscit, rationem tantum insufficientem, eae praedicatum subiecto vel competat, vel non competat, cognoscit.

Definit. §. 679. *Cognitio nostra est probabilis*, si ob rationem insufficientem aliquid habemus pro vero.

Consect. §. 680. Si ergo probabiliter tantum aliquid cognoscimus, quaedam tantum perspicimus requisita ad veritatem (§. praeced. & 678.) & quo plura ad veritatem requisita nobis sunt in promptu, eo probabilior nostra est cognitio. Si vero plura

Ein Syllogis muss apodicticus sein mit Inna f.
1) formam legitimam.
2) haut dubie certam materiam.

29. 694.

plura desunt, quam in promptu habemus, est *improbabilis* tantum.

§. 681. Syllogismus, cuius alterutra vel utraque praemissarum in syllogismo est probabilis tantum, vocatur *syllogismus probabilis, topicus dialecticus* &c. Definit.

§. 682. Si propositio fundamentalis in syllogismo probabilis tantum est, si vel maxime subsumtio sit certa, conclusio tamen identidem probabilis tantum erit. Si subsumtio tantum sit probabilis, res eodem modo se habet. Hinc si vel unica praemissarum in syllogismo est probabilis tantum, conclusio non minus est tantum probabilis (§. 534.), consequenter *syllogismi dialectici conclusio non nisi probabilis est* (§. praeced.). Theor.

§. 683. Quod si ergo in ratiocinatione polysyllogistica vel unica praemissa sit probabilis tantum, illius conclusio aequae tantum probabilis erit (§. praeced. & 617.). Consect.

§. 684. Syllogismus topicus est syllogismus (§. 681.), consequenter regulis syllogisticis conformiter construi debet (§. 528. 531.), adeoque ratione formae non differt a syllogismo, cuius utraque praemissa est indubia, siue demonstrativa (§. 521.). Interim *syllogismi apodictici praemissa utraque est certa, syllogismi autem probabilis una minimum probabilis solummodo* (§. 681.), consequenter *syllogismus dialecticus a demonstrativo differt tantum ratione materiae* (proxime nimirum, §. 532.). Theor.

§. 685. Non raro unius aliquam propositionem pro vera habet, ita, ut agnoscat oppositum illius esse impossibile, cum alter eandem quidem propositionem habeat pro vera, sed cum formidine oppositi. Exper.

§. 686. Propositio itaque, quae uni est certa, alteri Consect.

alteri non raro est probabilis tantum (§. praeced. & 679.).

Theor. §. 687. Nihil existere potest, nisi possibile sit (per princ. Ontol.). Quodsi ergo ostendi potest, impossibile esse, ut hoc vel illud existat, ostendi potest absentia necessarii ad existentiam requisiti, per consequens neque pro probabili est reputandum (§. 680.). *Cuius itaque existens debet esse probabilis minimum, illud possibile sit oportet.*

Theor. §. 688. Multa sunt possibilia, quae ideo non statim existunt (per exper.), & quaecunque existunt, sub certis circumstantiis actualitatem nanciscuntur. Licet ergo aliquid existere possit, eam tamen ob causam existentia ipsa rei nondum est probabilis (§. 680.). *Hinc istius, quod possibile, non statim probabilis est existentia.*

Theor. §. 689. In propositione probabili quaedam ad veritatem requisita non cognoscimus (§. 679. 680.). Iam fieri potest, ut reliqua desint, quae tamen non minus requiruntur, si propositio esse debeat vera; vel etiam ut adsint quoque requisita cetera, quapropter *propositio probabilis potest esse falsa, sed etiam vera (§. 371.).*

Theor. §. 690. Non raro contingit, ut omnia ad veritatem requisita in propositione reuera deprehendantur, cum tamen vnus vel alter non nisi paucissima eorum perspiciat (per exper.); cum itaque si plura nobis deficiunt ad veritatem requisita, cognoscimus vero tantum pauciora, propositio nobis sit improbabilis (§. 679. 680.): *fieri potest, ut illud, quod improbabile nobis videtur, sit verum (§. 371.).*

Definit. §. 691. *Probatio insufficiens* siue *persuasio subiectivae talis*, vocatur probatio, quae fit ex principiis nondum certis.

Definit. §. 692. *Principia precaria* dicuntur propositiones,

nes, quæ sine probatione celi veræ sumuntur, ad aliquid inde probandum.

Propositiones itaque, quæ omni ratione destituntur, si tanquam principia adhibentur, ad aliquid inde probandum, sunt principia precaria (§. præced.), & probatio ipsa est insufficientis (§. 691.).

Consect. *quæ tamen probationaliter cogunt*

§. 693. Principia, quæ nondum sunt certa, possunt esse probabilis, improbabilia, & precaria. *Probatio probabilis* est, in qua adhibetur principium probabile tantum; *improbabilis*, in qua improbabile; *precaria*, in qua precarium.

Definit.

§. 694. Probationes probabiles, improbabiles & precariæ sunt probationes insufficientes (§. præced. & 691.).

Consect.

§. 695. *Opinio* est propositio insufficienter probata.

§. 696. *Opinio* itaque potest esse probabilis, improbabilis, & precaria (§. præced. & 694.).

Definit.

§. 697. Propositio, quæ demonstrari nondum potest, quam tamen pro vera adsumimus, quoniam rationes alicuius rei ex ea reddere possumus, dicitur *hypotesis*, siue *hypotesis philosophica*.

Consect.

§. 698. *Hypotesis* itaque ita debet esse comparata, ut rationes illius rei, eiusque phaenomenorum, propter quam est inuenta, possint ex ea reddi (§. præced.). Quod si ergo deprehenduntur, quorum ratio ex *hypotesi* non suppeditari potest, cum tamen deberet posse id fieri, *hypotesis* ista non est probabilis (§. 675. 680.), & eo est probabilior *hypotesis*, quo plurius rei phaenomenorum ratio ex eadem reddi potest (§. 679.).

Consect.

§. 699. Si res aliter se habet, quam propositio enunciat, hæc est falsa (§. 371.), ubi ergo deprehenduntur rei phaenomena, quæ contrariantur *hypotesi*, res non ita potest esse, prout *hypotesis*

Theor.

enunciat, per consequens *hypothesis eo casu est falsa* (§. 371.) si plura nomina sunt veris et hypothesis; hypothesis ipso proteretur ut

Theor.

§. 700. Hypothesis nondum est propositio certa (§. 697. & 672.), per consequens nondum potest adsumi tanquam principium indubium (P. §. 78.), adeoque *hypothesis non debet ingredi demonstrationem* (P. §. 79.) tantum ad demonstrandum, quod tamen in §. 672. demonstratur

Consect.

§. 701. Quidquid ex hypothesis probatur insufficienter tantum est probatum (§. praeced.), adeoque est tantum opinio (§. 695.).

Definit.

§. 702. Qui opinionem aliquam fouet, vel sibi conscius est, quod insufficienter sit probata illa propositio, vel eandem habet erronee; pro sufficienter probata. Item illa propositio vel est vera, vel falsa. Hinc *opinio est vel vera, vel falsa, itemque, vel persuasio nuda, vel persuasio vana. Persuasio nuda est, cuius probationis insufficientiam ipse agnoscit, qui eam fouet; vana autem persuasio est opinio, quam is, qui eam fouet, habet pro sufficienter probata propositione, adeoque se de ea certum esse putat.*

Theor.

§. 703. *Cuius cognitio est certa, is perspicit propositionem ita esse veram, ut eius oppositum esse non possit (§. 672.), consequenter ipsius cognitio hac in re mutari nequit; sed is nunquam potest iudicare, illam propositionem esse falsam; si vero cognitio alicuius sit tantum vana persuasio, fieri potest, ut aliquando perspicat, propositionem non esse sufficienter probatam; ubi persuasio fuerit nuda, contingere facile potest, ut peruideat, eius oppositum locum habere, quod antea verum esse putabat; adeoque opiniones sunt mutabiles.*

Theor.

§. 704. Quod vnus pro vero habet propter insufficientem probationem, eius probationem sufficientem perspicere alterum, non est penitus impossibile, vel etiam eundem deinceps perspicere sufficienter

ad s. 702.
Vana persuasio est, si forte dicitur, quod illi, p. mand. facta, non sit ad. et al. quod dicitur demonstrat
falsit. sine fine est, sed immensa. error; d. non a persecutio abno est non dicitur error fore.

ad s. 703.
Quia dno dicitur facta: episcopus non dno benedictus. sed dno. et al. nona quod sit dicitur; sed
dicit dno et al. certa cognitio mutari nequit. Primum unum est. Dicitur ad hanc hanc dno dicitur
dno dicitur quod sit dno, d. p. non sit dno dicitur. Primum ad hanc hanc dno dicitur, si al. dicitur
dno dicitur unum est unum. Primum ad hanc hanc dno dicitur, si al. dicitur

sufficientem probationem, qui antea non sternerat nisi insufficientem, nullam inuoluit contradictionem, ergo quod vni non est nisi opinio, id alter potest certo cognoscere; quia, quod eidem olim fuit opinio, sequenti tempore certo cognoscere potest.

Hinc est, quod nonnulli dicunt, terminum, opinio, esse relatiuum. Schol.

CAPVT IX.

DE

EXPERIENTIA ITEMQUE COGNITIONE
A POSTERIORI ET A PRIORI.

§. 705.

Cognitio sensu acquisita est experientia. Definit.

Saepeus experientia vocatur ipsum factum sensibile, Schol.
siue phaenomenon. Non raro etiam propositio,
quae exprimit cognitionem sensu adqnisitam, hoc
nomine venit.

§. 706. Nihil sentimus nisi existentia (§. 45.), Theor.
per consequens singularia (§. 44.); experientia
itaque non docet nisi singularia (§. 705.), adeo-
que semper debet tantum esse propositio singularis
(§. 372.), terminus experientiae strictae sumto.

§. 707. Propositiones itaque vniuersales per ex- Confest.
perientiam haud cognoscimus (§. 706. & 374.).

§. 708. Causa est ens, quod continet ratio- Definit.
nem existentiae alterius entis.

§. 709. Nexum rerum perspicere, est opus ra- Theor.
tionis (P. §. 73.), consequenter cum sensus non
sit ratio (P. §. 73. & 30.), ope solius sensus non
perspicere possumus nexum rerum. Vnum itaque
ens esse causam alterius, sensus adeoque & expe-
riencia (§. 705.), non docet (§. 708.) quoniam causas in sensu diuisi-
se sensibus percipere possumus. §. 710.

- Theor. §. 710. Quidquid sentimus, eius accipimus cogitationem (P. §. 28.), adeoque ideam (P. §. 15.). Quidquid itaque experimur, illius accipimus ideam (§. 705.) per consequens, cuius rei non habemus ideam, illam experientia nos non docuit.
- Theor. §. 711. Experientia docet tantum singularia (§. 706.). Vt itaque alii veritatem eius etiam perspicere queant, quod aliquis, se expertum, pronunciat; *prouocans ad experientiam casum debet allegare singularem*, quo ita eandem experientiam alii sibi adquirere possunt.
- Schol. Quodsi tamen eiusmodi experientia satis sit vulgaris; saltem illi non ignota, in cuius gratiam experientiam adducimus, possumus isto labore superfedere.
- Definit. §. 712. *Vitium subreptionis in experiendo est error circa experientiam.*
- Schol. Alii vtuntur etiam termino, *vitium subreptionis*, in doctrina de fallaciis, ita adpellantes fallaciam, quae plus vel minus est in conclusione, quam in praemissis.
- Conf. I. §. 713. Vitium ergo subreptionis in experiendo consistit in eo, vt quis pro experientia habeat, quod talis non est, siue experientiam docere putet, quod ista nequaquam docet (§. 712. & P. §. 100.).
- Conf. II. §. 714. Qui ergo propositionem vniuersalem pro experientia venditat, vel etiam vnum alterius causam esse, per experientiam constare dicit, vitium subreptionis committit in experiendo (§. 713. 709. 707.), quod etiam valet, si quis se experiri asseuerat, cuius tamen ne habet quidem ideam (§. 713. 710.).
- Definit. §. 715. *Possibilitas absoluta* dicitur, vi cuius aliquid in se nullam continet contractionem; *possibilitas physica* autem, sufficientia virium alieniuscentis ad aliquid actuandum.

- 1. D. Cognitionis in se habet, sed in se non potest esse, nisi in actu, quod actu cogitamus, ab eo non potest cogitari. In cognitione in se habet, nisi in actu, sed in actu cogitamus, ab eo non potest cogitari.
- 11. D. Quod non est in se habet, sed in actu cognitionis, sed non in actu. In se habet, nisi in actu, sed in actu cogitamus, ab eo non potest cogitari.

D. In se habet, nisi in actu, sed in actu cognitionis, sed non in actu. In se habet, nisi in actu, sed in actu cogitamus, ab eo non potest cogitari. In se habet, nisi in actu, sed in actu cogitamus, ab eo non potest cogitari.

ad 717. In se habet, nisi in actu, sed in actu cognitionis, sed non in actu. In se habet, nisi in actu, sed in actu cogitamus, ab eo non potest cogitari.

Scientia est causalitas. Jam vero causalitas dicitur, si sit possibilitas physica. Atque haec dicitur, si sit possibilitas physica. Atque haec dicitur, si sit possibilitas physica.

Quid non docetur sensibus, experientia dicitur, si sit possibilitas physica. Atque haec dicitur, si sit possibilitas physica.

ad Schol. In se habet, nisi in actu, sed in actu cognitionis, sed non in actu. In se habet, nisi in actu, sed in actu cogitamus, ab eo non potest cogitari.

Attentis, si pro uti debet pro conatu aliquo prae aliis cognoscendi, sumatur, non est effectus a voluntate diverfus.

§. 7
adeoq
quens
rimur
rei al
mat,
libera
No
P
di
Q
po
ta
tia
di
§.
andas
exper
Ergo
tia (S
re
di
e
r
h
h
e
§.
dimu
quis
iocin
dicit
713.
Re
7
V

§. 716. Possibilitas absoluta est abstractum, Theor. adeoque, existere, non potest dici, per consequens, aliquid absolute esse possibile, non experimur (§. 706.). *Quicumque ergo possibilitatem rei alicuius absolutam experientiam docere adfirmat, a vitio subreptionis in experiendo vix poterit liberari (§. 713.). experientiae vocae structe sumta.*

Notandum, quod non raro philosophis illud etiam Schol. per experientiam cognosci dicatur, quod immediate ex experientia proprie sic dicta concluditur. Qua ratione, si quis adserat, experientia constare possibilitatem alicuius absolutam, omnino non est taxandus, quoniam experientia ipsa docet existentiam, ab hac vero possibilitatem absolutam, mediante unico ratiocinio, concludi potest.

§. 717. Sufficientia virium ad res varias actundas in nobis existit (per exper.), eam itaque nos experiri si dicamus, non est absurdum (§. 706.). Ergo *possibilitatem physicam docere potest experientia (§. 715.).* Theor.

V. g. me posse attendere, modo voluerim, id est, vires meas sufficere ad hanc existentiae reddendam, si voluerim, rectissime experientiam me docere dico; nihil enim hoc aliud est, quam: experientia me docet, quod si voluntatem attendendi habuerim, attentio in me deprehendatur. Si quis hoc negat, istum terminum confundere, est in confesso. Schol.

§. 718. Quod ex experientia aliqua concludimus, non est id ipsum, quod experimur: Si quis ergo *illud, quod ex experientia aliqua ope ratiocinii demum deriuauit, pro ipsa experientia vendidet, vitii subreptionis in experiundo est reus (§. 713.)* nisi experientiae nomine lato significato utatur. Theor.

Repetendum interim hic venit, quod dictum ad §. Schol. 716. in Schol. Cum quoque non sit impossibile, ut id, quod ex aliqua experientia concluditur, sentiri

sentiri etiam queat; v.g. si ex eo, quod canem Titii in aedibus Meuii viderim, concludo probabiliter, Titium esse in aedibus Meuii, idem experiri aliquis potest: ea quae in spho dicta, ita sunt intelligenda, si quis id, quod ex experientia *deduxit deum*, pro experientia ipsa vendiderit, tum ab eo committi subreptionis in experiendo vitium.

Definit. §. 719. Experientia diuidi solet in externam & internam. *Experientia interna* est cognitio sensu interno; *externa*, externo aduqsita.

Definit. §. 720. Aliae experientia diuisio est in obseruationem & experimentationem, siue experimentum. *Obseruatio* siue *experientia vulgaris*, est cognitio phaenomini siue opera nostra existentis. *Experimentum* est cognitio phaenomeni, nostra demum opera contingentis; dicitur etiam *experientia artificialis*.

Schol. Saepissime per *obseruationem* intelligunt logici ipsum istud phaenomenon absque opera nostra existens, per *experimentum* phaenomenon, quod nostra demum opera interueniente contingit.

Definit. §. 721. Prius vocatur *altero*, quod in se continet alterius rationem; vti *posterius altero* est, quod rationem sui in altero habet.

Consect. §. 722. Essentia itaque prior est attributis & modorum possibilitatibus (§. 721. & 1.), nec non causa prior causato (§. 721. & 708.), attributa vero & modorum possibilitates sunt posterius essentia (§. 721. & 1. 2. 5.), causatum autem posterius sua causa (§. 708.).

Definit. §. 723. *Cognitio a priori* est, qua aliquid cognoscimus ex eo, quod est prius; *cognitio a posteriori*, qua aliquid cognoscimus ex eo, quod posterius est.

Schol. Sic v.g. dicimur cognoscere Dei existentiam a priori, si ex ipsa Dei essentia eandem cognoscimus; a posteriori,

steriori, si ex hoc vniuerso, tanquam caussato Deum cognoscimus, tanquam caussam. Multi hodie definiunt *cognitionem a priori*, quod sit ea, quam ratiocinando acquisimus; *cognitionem a posteriori*, quam experiendo seu per sensum verum repugnat istud terminorum apud philosophos recepto significati.

§. 724. Vbi ergo ex essentia cognoscimus attributa & modorum possibilitates, ex causa caussatum, cognoscimus rem a priori (§. 723. 722.), vbi vero ex attributis essentiam, ex caussato caussam, cognoscimus rem a posteriori (§§. cit.).

§. 725. Nostra cognitio est certa, si rem ita esse cognoscimus, vt oppositum eius esse non possit (§. 672.). Iam si per sensum aliquam rem esse cognoscimus, eam ita habemus pro vera, vt oppositum illius impossibile esse iudicemus; per consequens *cognitio nostra est certa per experientiam*, si rem esse experimur, seu si praedicatum competere subiecto ipsa nos experientia docet (§. 705.).

Quando nostra cognitio sit certa per demonstrationem, Schol. item a priori & posteriori, ex dictis satis elucet.

§. 726. *Iudicium intuitiuum* est iudicium, quod experientia duce formatum, seu quod exprimit experientiam. *Iudicium discursuum* vero siue *dianoëticum*, quod per ratiocinium elicitur, siue conclusio ratiocinii.

Patet ex dictis, qua ratione iudicium intuitiuum & discursuum debeat formari (§. 726.).

CAPVT

CAPVT. X.

DE

ARTE INVENIENDI

SECTIO I.

DE

ARTE EXPERIENDI

Definit. ^{§. 727.}
*A*rs inueniendi ^{subiectiue sumpsit} est dexteritas eruendi veritates incognitas ex cognitis quibusdam.

Schol. Dicitur etiam *ars heuristica*.

Definit. §. 728. *Ars inueniendi sensualem*, siue *ars experiendi*, siue *aesthetica* est, quae nititur sensu, seu sensu potissimum fit. *Ars inueniendi rationalis* vero, siue *intellectualis*, quae potissimum ratiocinando absoluitur. Prior iterum est vel *ars obseruandi*, vel *experimentandi*; illa, qua quis obseruationes; haec, qua quis experimenta rite instituire nouit. Quid *obseruator* & *experimentator*, patet.

Schol. Sumitur in hisce definitionibus *ars inueniendi* subiectiue, quatenus in subiecto quodam deprehenditur. Non raro accipitur ista vox *obiectiue*, ut denotet complexum regularum, secundum quas est incidendum veritates inuenturo. De vocibus: *ars experiendi*, *obseruandi*, *experimentandi*, *ars inueniendi rationalis*, idem est notandum.

Definit. §. 729. Quid *ars inueniendi a priori* & *a posteriori* patet ex §. 727. & 723.

Definit. §. 730. Quidquid *experimur* illud existit (§. 45. & 705.), per consequens est possibile, adeoque *logice verum* (P. §. 92. 98.).

Theor. §. 731. Si quid docet experientia, illud est verum (§. praeced.), nec ulteriori eget probatione (§. cit.);

(§. cit.); per consequens *experientiae sunt principia indubitata.* (P. §. 78.), adeoque *possunt adhiberi in demonstrationibus* (P. §. 79.).

Possent hic edisseri multa de celebri inter philosophos quaestione, *verum nos fallant sensus?* Facile Schol.

autem patet, si organum sensorium rite sit constitutum, ab obiecto ipsi adcommodato sufficienter adficiatur, adeoque sit distantia organi sensorii ab obiecto iusta, medium inter organum & obiectum recte se habeat, attentaque sit mens nostra, nos non fallere sensus; rem enim nobis repraesentamus eorum ope, prouti adficiat organa sensoria. Adeoque sensus, positis omnibus requisitis ad sentiendum, non fallunt. Qui sensibus fidem adhiberi nolunt, viam pandunt ad scepticismum, saltem partialem. Interim res non raro aliter se habent, atque adparent (per optice.), vnde non debemus iudicare, res ita mihi adparet, ergo ita est. Hoc verum est, rem ita mihi adparere, adeoque sensus me eatenus non fallit, repraesentat rem, prout adficit organon sensorium. Si vero iudicemus: res ita est; iudicium nostrum facile falsum euadit. et pro constitutione organo sensorii.

§. 732. *Observationem qui legitime institueret* Probl.

cupit, ante omnia debitam adferat attentionem animam ab omni aegritudine, & veritatis amorem, animumque praecuditione liberum. & veritatis amorem, animumque praecuditione liberum. *veritatis amorem, animumque praecuditione liberum.* attendat obiecto sensibili sufficienter, probeque distinguat ea, quae sentit, ab iis, quae vel imaginatur, vel ex eo quod sentit, concludit, ne in vitium subreptionis incidat (§. 720.).

Consultum est, ut observationem, si alicuius sit Schol. I.

momenti, consignemus literis, aliosque, ut eandem instituant observationem, rogemus, quod ex consensu pateat magis nobis veritas, ex dissensu autem, si fortassis talis oriatur, alterutrius falsitas possit cognosci (§. 490.).

Alia problemata, quae huc essent referenda, iam supra Cap. I. sunt resoluta, v. g. de formatione idearum per sensus &c. Schol. II.

Coruini Logica.

P

§. 733.

- Probl. §. 733. *Vt experimenta rite insituantur, ea sunt notanda, quae ad §. praeced. dicta, modo res antea rite praeparetur, vt id existat, quod cognoscere percupimus, adeoque notitia instrumentorum, & ea legitime adhibendi habitu vel dexteritate sit instructus (§. 720.).*
- Probl. §. 734. *Ope experientiae possumus peruenire ad cognitionem probabilem possibilitatis vel etiam actualitatis alicuius obiecti, si obseruationes, vel experimenta, vel vtraque adhibeamus diligenter, vt ex iis cognoscamus, quod cupimus. Sin vero obseruatio vel experimentum sit indubium, & ex eadem aliquid colligamus, recte ratiocinando, certam ita adquirimus cognitionem (§. 672. 606. & P. §. 79.). Si quid existere obseruamus, vel per experimentum cognoscimus, vel per experientiam euadimus certi de rei veritate (§. 725.).*
- Probl. §. 735. *Ope experientiae inuenire possumus, vtrum aliquod praedicatum in ente alicuius generis vel speciei sit modus, an vero attributum vel essentiale? Quod enim vno tempore in subiecto alicuius speciei subiecto non inexistit, id non inest constanter, adeoque pertinet inter mutabilia, per consequens est modus entium illius (§. 3.), eius vero possibilitas, possibilitas modi, adeoque attributum eorum (§. 5.). Quod si vero quid in pluribus subiectis eiusdem speciei constanter obseruatur, nec vnquam, etsi eadem subiecta frequentis sint obseruationis, contrarium deprehendimus; id inductione incompleta probabiliter generi vel speciei isti constanter inesse, colligitur (§. 608. & 680.), adeoque vel esse attributum vel essentiale (§. 1.).*
- Theor. §. 736. *Si quid re salua ab ea ^{ab esse} auferri nequit, id ei immutabiliter inest, adeoque est aut essentiale,*

In iugum similia sunt duo artus.
Si vero non mutetur probabile tantum est. ^{ad p. 737.} Duo quidem artus in iugum artus o. sicuti pan
certum est, quod non nisi mutabile, ut dicitur quia, quanquam multae circumstantiae,
sunt mutatae, tamen ille potest mansisse, quae causae, sicut illius substantiae affectionis ratione.
continebant.

Unde hanc generaliter notandum per inductionem completam, ad us ex unius salitate rati-
onum ad universalem rationem concedendum.

neceſſe eſt, adeoque *ens illud alterum, vel entia illa, cauſſa iſtius mutationis ſini neceſſe eſt* (§. 708.).

Schol. Status tamen præuius entis non minus eſt adcurate conſiderandus, qui non raro aliquid confert, vt mutatio præciſe ſit talis, nec alia. Hoc ſi neglexerimus, facile pro cauſſa completa habemus, quæ talis non eſt.

Theor. §. 741. *Si cauſſæ mutationis, quam obſeruamus, omnes in ſenſus minime incurrant; vel omnes quidem in ſenſus incurrant, nos autem non ad omnes debite attendamus, tum aliquam vel aliquas habebimus pro cauſſa ſufficiente, cum tamen alia adhuc vel aliaæ concurrant ad cauſſatum exiſtens reddendum, per conſequens erramus* (P. §. 100. & 99.).

Conſect. §. 742. Vt ergo euitetur iſte error, veritasque confirmetur magis, quantitas effectus, viresque cauſſæ ſunt menſurandæ. Quodſi enim has deprehendimus æquales, euidens eſt, illam eſſe ſolam cauſſam; ſi minus, aliam præterea ad cauſſatum concurrere debere.

Theor. §. 743. Quæ conſtanter coniunguntur, eorum vel vnum eſſe cauſſam alterius; vel dependere ab eadem cauſſa ſeu cauſſis coëxiſtentibus, vel fortuito coniungi illa, docetur in ontologia, & experientia iſtud eſt conſentaneum. Sunt itaque tres caſus, in quibus duo entia poſſunt ſecum ſemper eſſe coniuncta. Si quis ergo a *conſtanti coniunctione plurium ad hoc præciſe membrum argumentari velit, minus tuto concludit, nec certus de illa re ita euadere poſteſt, quod tamen poſteſt fieri, ſi oſtenderit, reliqua membra non habere locum. Interim quoniam plerumque eorum, quæ conſtanter coniunguntur, vnum eſt cauſſa alterius, probabile tantum eſt, eorum vnum eſſe cauſſam alterius* (§. 708. 680.), adeoque poſſibile eſt, vt ſit falſum (§. 689.).

§. 744.

del. cui
(S. 743)
naturae
conven. v
in reglar
mens. p.

obierit
el. omni
non a
el. aliquo
men. in
exult
S. 74

erit. ex
virescu
nes do
elle fo
erea ad

, eorum
ndere ab
re. in
y. & es
nt. itaque
e. secun
opt. mo
rum as
cerum
potest
bere lo
m. p. p.
alterius
tam d
la. ve. in
S. 744

ad §. 743.
Dind theorema buhotch. in d. systematib. p. psychologis p. 2. 1. 1.

Sect. II.
 Von der bloß unwissenschaftlichen Erforschung - Versuch.
 und Empirischen
 von dem Empirischen und Unwissenschaftlichen
 Abwägung.

ad S. 745.

da nicht demonstratio, wie in unwissenschaftlichen Erforschungen gewöhnlich bald in sich selbst und
 quamlibet ostensionem praecipue ocularem inspectionibus anatomicorum. Diese sind in der
 Propositio aus eadem ex quibuslibet principiis etiam probabilibus. Und die ist d. Wissen in der
 hier d. bald aber beginsst mit dem selbst ostensionem nexus propositio aus eadem ex quibusli-
 bet principiis indubitatis. Und die ist d. Wissen in der hier d. bald aber beginsst mit dem selbst
 demonstratio. Und die ist d. Wissen in der hier d. bald aber beginsst mit dem selbst demonstratio.
 demonstratio, so faber ist demonstratio nem philosophicam. Und die ist d. Wissen in der hier d. bald
 demonstratio theologiam. Und die ist d. Wissen in der hier d. bald aber beginsst mit dem selbst demonstratio.
 demonstratio nem philosophicam.
 falsum falsum nexum mit d. principiis indubitatis. Das ist die auf d. falsum falsum nexum mit d. principiis
 falsum d. demonstratio nem philosophicam. Und die ist d. Wissen in der hier d. bald aber beginsst mit dem selbst demonstratio.
 falsum d. demonstratio nem philosophicam. Und die ist d. Wissen in der hier d. bald aber beginsst mit dem selbst demonstratio.
 falsum d. demonstratio nem philosophicam. Und die ist d. Wissen in der hier d. bald aber beginsst mit dem selbst demonstratio.

§. 744. *Si in quibusdam casibus causae cuidam Theor.*
effectus est attributus, in aliis vero idem effectus
non sequatur, posita licet causa; aut effectus causae
in casibus prioribus per errorem fuit tributus,
aut in posterioribus adsit impedimentum oportet,
quo minus effectus sequi possit, alioquin sequitur.
Ergo non statim concludere licet, effectum
illum non tribui debere isti causae; neque ita: ergo
adeest aliquod impedimentum causae; nisi unum
membrum iam fuerit remotum.

SECTIO II.

DE

ARTE INVENIENDI RATIONALI,
 VBI CUMPRIMIS DE DEMONSTRATIONE
 ATQUE MEDITATIONE AGITVR.

Quid sit demonstratio, ostensum est P. §. 76. quid Schol.
 principia indubia P. §. 71. quod ad horum classem
 sint referendae definitiones nominales & reales
 rite formatae §. 324. axiomata & postulata §. 476.
 & 477. experientiae §. 725. nec non propositiones
 iam demonstratae §. 657. Vnde hic progredimur
 ad reliqua, de demonstratione notanda.

§. 745.

Quidquid demonstratur est verum (§. 657.), Theor.
falsum ergo demonstrari nequit.

Hoc tamen demonstrari potest, quod aliquid sit falsum, Schol.
 illud enim est verum.

§. 746. Demonstratio omnis est deriuatio siue Theor.
 deductio propositionis ex principiis indubitatis
 (P. §. 79.); iam vbi vna propositio ex alia vel aliis
 colligitur, id fit per ratiocinium seu syllogismum
 (§. 524.), per consequens *omnis demonstratio per*

P 3

ratio-

ratiocinium siue syllogismum, vnum vel plures, fiat necesse est.

Definit. §. 747. *Demonstratio directa* seu *ostensiva* est, qua ex indubiis propositionibus colligitur propositio. *Demonstratio apogogica* siue *indirecta, per indirectum, deductio ad absurdum, ad impossibile, ad incommodum*, est, qua ex contradictorie opposito theses demonstrandae colligitur falsum aliquod, & inde inferitur, ipsam contradictorie oppositam propositionem propositionis demonstrandae esse falsam, adeoque thesin, quae demonstranda erat, veram.

Definit. §. 748. *Demonstratio a priori* est, quae fit ex eo quod prius est in subiecto (§. 721. 723.), seu qua ex definitione subiecti praedicatum deducitur, siue qua a causa vel quasi causa ad causatum vel quasi causatum concluditur. *Demonstratio a posteriori*, qua ex eo, quod posterius est in subiecto, praedicatum colligitur; seu a causato vel quasi causato ad causam concludo.

Definit. §. 749. *Demonstratio* est vel *analytica*, vel *synthetica*. *Analytica*, si in demonstratione a conclusione demonstranda ascendimus ad principia indubitata; *synthetica*, ubi a principiis indubitatis incipimus, & ad conclusionem demonstrandam progredimur.

Definit. §. 750. *Artificia heuristica* sunt actus, quibus propositionem aptam facimus ad demonstrationem inueniendam, quam solo ratiocinandi habitu adiuti, per principia cognita eruere non potuissimus.

Theor. §. 751. *Vnica propositio* multiplici modo potest exprimi (§. 520. 521.), & quidem non raro contingit, vt si hoc modo exprimatur, facilius sit nobis eius demonstratio, quam si alio modo offeratur (per exper.). *Artificium ergo est heuristico,*

sic, ut propositionem demonstrandam ita exprimamus, prouti facillime potest demonstrari (§. 750.).

§. 752. Si quis propositionem demonstrare Theor. vult, ei animus est, ostendere veritatem (§. 657.), adeoque determinabilitatem praedicati per notionem subiecti (§. 654.), adeoque ideas claras de subiecto & praedicato habeat necesse est. Ergo propositionem demonstraturus sensum eius nosse debet (§. 176. Schol. & P. §. 70.).

§. 753. Artificium, quo obiectum aliquod ad Definit. notionem aliquam reduco, ad quam primo intuitu non videbatur pertinere, vocatur *principium reductionis*.

§. 754. Quidquid valet de superiori, valet de Theor. quolibet inferiori (§. 114.), per principium itaque reductionis efficere possumus, ut de obiecto quodam praedicata posse adferri perspiciamus, quae, obiecto competere, alioquin vix, vel saltem non adeo facili negotio, peruisuri fuissetus (§. praeced.); *principium* itaque *reductionis* pertinet ad artificia heuristica (§. cit. & 750.).

§. 755. Actus animae, quo ideas varie diuidimus vel combinamus, ut ^{idea procedat, quam nunquam ante se ipsa} ~~nullum extra mentem~~ ^{percepimus,} obiectum *ideae totali*, ita productae, respondeat, dicitur *fiçtio*.

§. 756. *Fictiones doctrinales, scientificae* seu Definit. *heuristicae*, sunt, quibus aliqua cognitio apta efficitur, ad veritates incognitas facilius inde eruendas.

§. 757. Fictiones itaque heuristicae sunt artificia heuristica (§. 756. & 750.).

§. 758. *Praeparatio propositionis ad demonstrandam* Definit. *tionem* est actus, quo propositio demonstranda debite explicatur, si opus est, commode exprimitur, illustratur, quibus ex rationibus & opere

quorum artificiorum heuristicoꝝ sit demonstranda, indicatur.

Consect. §. 759. Quomodo itaque praeparari debeat propositio ad demonstrationem, patet (§. praeced.).

Probl. §. 760. *Si condere quis voluerit demonstrationem ostensiuam analiticam*, praeparetur rite propositio demonstranda (§. 759. 758.), adeoque distincta subiecti & praedicati formetur notio; tum vel integra subiecti definitio, vel eius pars sumatur pro medio termino, & formetur ita propositio minor, suppleatur maior, huius denuo inuestigetur ratio, vel eodem modo, vel si adsint veritates de re iam cognitae, eadem, vbi opus fuerit, adhibeantur, & sic nouus construendus syllogismus, quod negotium ita continuandum, donec in postremo syllogismo, si per vnicum res nondum sit manifesta, nulla principia adhibeantur, nisi indubitata (§. 747. 748. P. §. 79. 78.).

Schol. Fieri istud negotium ita quoque potest, vt definitio praedicati propositionis demonstrandae sumatur pro medio termino & ex ea & praedicato formetur propositio maior, minor autem suppleatur, & si res sic nondum confecta, hac ratione continuetur, adsumendo alias cognitae de praesenti argumento veritates, donec ad syllogismum praemissarum indubitatarum perueniamus. Optime hac ratione eruuntur demonstrationes & facillimo negotio, si quis in eo veritatum genere sit versatus, ex quo propositio demonstranda est desumpta, & logices probe gnarus exercitiorumque eiusmodi non plane inscius. Si propositio demonstranda fuerit particulari, optime ex praedicato eruitur demonstratio; vel etiam illa particularis permutetur in vniuersalem, supplendo in subiecto hypothesin, prouti supra (§. 292.) docuimus.

Probl. §. 761. Cum in synthetica demonstratione a principiis indubitatis est inchoandum (§. 747.), & pro.

Uterque est axioma. E. propter maiorem.
Uterque est contra leges est, ad id omittendum obligamur.
Causa est contra leges. E.

Uterque est axioma. E. propter maiorem.
Uterque est contra obligationem, ad id omittendum obligamur.
Uterque est contra leges est, ad id omittendum obligamur.
Uterque est contra leges est, ad id omittendum obligamur.

Demonstratio synthetica

Comprehensum autem cognoscit, aliter autem d. analyticam rationem hinc hinc. 7 illi in fine sunt in eum d. ubi in
omni enim ratione in qua, aut d. synthetice sunt comprehensum, ubi in hinc hinc, ubi in hinc hinc, ubi in hinc hinc.
Sic in d. ubi in hinc hinc.

§ 1. Uterque est contra obligationem est, ad id omittendum obligamur.

§ 2. Leges sunt regulae, quibus actio res nostras attemperare obligamur.

§ 3. Uterque est contra leges est, de eadem est contra obligationem.

§ 4. Ergo ad id, quod contra leges est, omittendum obligamur § 1 et 3.

§ 5. Causa est actio legibus perfectis contraria.

§ 6. Causa est contra leges.

§ 7. Ergo ad laesione in omittendum obligamur.

§ 8. Damnum est malum ortum ex laesione.

§ 9. Damnum requirit laesionem, ad id omittendum obligamur. § 7 g.

§ 10. Uterque dicitur damnum alterius producit, ad id omittendum obligamur. § 7 g.

§ 11. Mendacium est falsiloquium cum damno alterius coniunctum.

§ 12. Mendacium ergo producit damnum alterius.

§ 13. Ergo ad mendacium omittendum obligamur § 10. 12.

§ 14. f. f. omittendum obligamur, uno nomine dicitur illicitum.

§ 15. Omne mendacium est illicitum § 13 et 14.

Sic ex principiis progrediamur ad conclusionem, quae falsa est, legitimo ducitur; necessarium est, ut illud principium sit factum. Si enim in conclusio syllogismi est falsa; syllogismus vel informis, vel in materia peccare debet. Quamobrem cum in forma non peccet, (per hypothesis) principium ex quo falsa haec conclusio sequitur, interpretari debet falsum.

Si propositio eorum contradictoriarum altera falsa est; altera vera esse debet. Demonstrata ergo alterius falsitate, alterius veritas ei ieta est. Potest itaque propositio cuiusdam veritatem demonstrare per demonstrationem falsitatis propositio cuiusvis oppositae.

§ 9. Si quis hoc mundum esse optimum sequenti syllogismo probare vellet.
Uterque est deus extra se vult, id ea omnibus eiusdem generis est optimum
Atque: hunc mundum esse deus contra se vult
E. hunc mundum omnium mundorum est optimum

et si alius quis pie hanc demonstrationem veritatem regere vellet, progredietur cum sic debet esse possemus.
Primo propositio propositio conclusioni vere opposita
Hic mundus omnium mundorum non est optimum

Adiungatur prioris syllogismi minori
Hic mundum esse extra se vult
Tunc sequitur conclusio
E. quodammodo deus extra se vult, non est omnium eiusdem generis optimum

Qualitercumque cum haec conclusio sine dubio falsa, forma veritatis syllogismi legitime et minor eiusdem veritas sit, necessarium est, ut propositio minor sit falsa.

Propositio itaque minori opposita, quae est conclusio prioris, vera esse debet.

progrediendum ad demonstrandam propositionem (§. cit.), *demonstrationem ostensiuam syntheticam alicuius propositionis formaturus*, demonstrationem primo condat illius ostensiuam analyticam (§. 760.), tumque incipiat ab illis principiis, quae ultimo loco eruit, & ab his ad principia, conclusioni propiora, progrediatur, donec perueniat ad conclusionem quae demonstranda erat.

Si antea demonstratio alicuius propositionis analytice est inuenta, optime proponitur synthetice. Sic enim a facilioribus ad difficiliora progressus, & a notioribus ad minus nota, & sic via breuissima alter propositionis demonstrandae veritatem perspicit. Schol.

§. 762. *Si cui placet demonstrationem apogogicam condere*, sumat contradictorie oppositam propositione demonstrandae, & procedat cum eadem, vti dictum §. 760. donec aliquod exinde profluat absurdum. Tunc ostendat, in syllogismo vel syllogismis adhibitis nihil posse esse rationem falsae illius conclusionis, praeter illam propositionem nostrae contradictorie oppositam, adeoque inferat eam esse falsam (§. 544.), per consequens contradictorie oppositam eius esse veram (§. 505.), quae erat propositio demonstranda. Probl.

§. 763. *Demonstratio naturalis aut ordinata* est, si propositiones in demonstratione eo ordine se excipiunt prout vna post aliam euoluitur, siue vt non transponantur praemissae in syllogismis. *Demonstratio vero inordinata est*, in qua res opposita se habet ratione. *quae sedulo est cauenda.* Definit.

§. 764. Si omnia eo ordine proponantur, prout vnum facit ad alterum concipiendum, longe facilius in rem penetrare possumus, quam si id non obseruetur. Exper.

§. 765. Ergo si aliis aliqua propositio est demonstranda. Consect.

monstranda, ordinata demonstratio debet praeferi inordinatae (§. 764.).

Exper. §. 766. Si in demonstratione alicuius propositionis omittitur propositio aliqua necessaria ad demonstrationem, quae neque ex positis facile succurrit, mens non satis veritatem demonstrationis capit, sed adhuc haeret.

Definit. §. 767. *Saltus in demonstratione* committitur, si necessaria aliqua ad demonstrationem, propositio omittitur: quae nec facile ex iis, quae adducuntur, succurrit.

Consect. §. 768. Saltus ergo in demonstrando non est admittendus (§. 767. 766.).

Theor. §. 769. Qui enthymematice incedit in proponenda demonstratione, omittit quidem propositiones quasdam ad demonstrationem necessarias, (§. 572.), sed quae tamen facile succurrunt ex iis, quae positae sunt (§. cit.), per consequens *qui enthymemate vno vel pluribus utitur in aliqua demonstratione, ideo non statim saltum in demonstratione omississe censendus est (§. 767.).*

Theor. §. 770. Quae brevioribus fieri possunt, non debent prolixius fieri. Iam si aliqua demonstratio in scripto proponenda est, non semper opus est, vt praemissae cuiuslibet syllogismi ponantur expresse, si in praecedentibus iam fuerint explicatae, demonstratae &c. optime tunc possumus procedere per enthymemata, ita vt citerur tantum locus, vbi adfuit iam illa propositio. Tum enim lector, si opus fuerit, euoluere istam, & explicationem vel etiam demonstrationem repetere potest. Adeoque breviori via finis obtinetur, quam si repetere semper propositiones totidem verbis velimus. *Vnde si demonstratio sit scripto proponenda, enthymemata optime possunt adhiberi, quoniam facile ibi succurrit omissa propositio,*

o debet pte

ius propo
necessaria
positis sic
demonst

ommittit
e. propo
ae adducun

do non est

in propo
n propo
necessarius
curram ex
consequens
in aliqua
n demon-

nt, nec
monstr
per opus
onaria
e expli-
simum
ur tan-
Tum
m, de
epete-
netur,
videm
scripsi
liber
oblivio,
&

1874

5 p
mon
Si

N

mon
aud
& fi
con
aud
mic

§ per citationes propositiones suppleri, vt ita demonstrationis negotium abbreviatur.

Si in scripto velimus proponere omnes expresse propositiones, superfluum ageremus, immo pedantissimum illud saperet. Interim tamen incauto istud nonnunquam accidere potest. Citationes vt commodius fieri queant, paragraphi solent numerari continua serie. Alias praeterea adferunt istae citationes non spernendas utilitates, v. g. reddunt scriptum aptum ad perlegendum istud absque fastidio, nexus veritarum, earum ope, potest indicari, sunt subsidium memoriae ac recordationis &c.

Schol. I.

Necessarium non est, vt in demonstratione scripta singulis propositionibus adscribantur nomina. Certe enim non ideo definitiones sunt bonae, propositiones, quae dicuntur axiomata & postulata, nomen suum timentur, theoremata, propositiones sunt demonstrandae, quin, demonstratae &c. quoniam tituli praefiguntur, sed quoniam cuncta logices regulis rite sunt accommodata. Praeterea exercitatis lector satis cognoscer, ad quam veritatum classem vnaquaeque sit referenda propositio, licet vel maxime adscriptum non sit nomen. Interea neque ceu ridiculum quid est eiusmodi mos reiiciendus. Tironibus enim hac ratione optime consulitur, vt facile perspiciant, qualis sit veritas; & cum quodlibet veritatis genus suas habeat regulas, iuxta quas examinari debeat; sic absque ambagibus liquet, quatenam regulae ad examen instituendum sint adhibendae.

Schol. II.

§. 771. Si oretenus aliqua proferenda est demonstratio, citationes §§. fieri non possunt, vt auditoribus inde commodum resultet (per exper.), & si enthymematibus vti velimus facile itidem contingit, vt in propositione supplenda haereat auditor, atque adeo non attendat ad ea, quae inter ea proponuntur, per consequens si oretenus

Theor.

ali-

aliquam demonstrationem proferre alicui debemus, demonstrationem integram, absque abbreviatiōe proferri, conducit admodum.

Definit. §. 772. *Illae propositiones in demonstratione continentur explicitē, quae disertis verbis enunciantur; implicitē autem, quae vel per eas quae ad sunt, vel per citationes in memoriā reuocantur. Demonstratio, in qua omnia principia demonstrandi vel explicitē vel implicitē continentur, vocatur, demonstratio completa; quae autem neque explicitē neque implicitē omnia continet principia demonstrandi, incompleta est.*

Confect. §. 773. *Demonstrationes itaque debent esse completae (§. 772. 768.), neque illa demonstratio, in qua adhibentur enthymemata, vel citationes, ut ita abbreviatur, ideo statim pro incompleta est habenda (§. 772. 769. 770.).*

Definit. §. 774. *Demonstratio consummata dicitur demonstratio ordinata (§. 763.) & completa (§. 772.); quae vero ordinata & completa non est, inconsummata audit.*

Conf. I. *Demonstratio itaque consummata nullum debet omittere principium demonstrandi (§. 774. 773.), & singulas propositiones ita collocare, uti in ratiociniorum serie (si plura adsint), continentur (§. 774. 763.).*

Conf. II. §. 775. *Demonstratio ergo consummata ab eo etiam lectore intelligi facile potest, qui in eo argumento, ad quod spectet, nondum est multum versatus, inconsummata vero non item (§. praeced.).*

Schol. *Hinc est, quod scripta, in quibus sunt demonstrationes incompletae, difficulter vel plane non ab iis intelligantur, qui non multum in eo, quod pertractant, argumento sunt versati.*

§. 776.

§. 776. *Circulus in demonstrando est, si quis* Definit. ad demonstrandam aliquam propositionem utitur alia, quae independenter ab illa demonstrari nequit.

§. 777. Consequenter, si circulus in demon- Consect. strando committitur; illa ipsa propositio demonstranda iam sumitur ceu vera, cui quippe innitur id, ex quo propositionem demonstramus (§. 776.).

§. 778. Demonstratio fieri debet ex principiis Theor. indubiis (P. §. 79.), consequenter quorum veritas est magis aperta, quam veritas demonstrandae propositionis (P. §. 78.). Hinc absurdum est, iam supponere, ceu veram, demonstrandam propositionem, adeoque *circulus in demonstrando debet euitari* (§. 777.).

§. 779. Circulus itaque in demonstrando est Consect. vitiosus (§. 778. & 302.).

§. 780. Scientia est habitus demonstrandi (P. Probl. §. 96.) adeoque acquiritur exercitio, *scientiam* itaque *adquisiturus* 1) regulas logicas rite addiscat, 2) legitime adplicet, demonstrationes diligenter condendo, 3) legat scripta, in quibus consummatae demonstrationes proponuntur, easque imitetur, 4) talia etiam euoluat scripta, in quibus non accurate res demonstratur, ut vitia peruideat, eaque sollicitius euitare queat.

Sufficiant haec de demonstratione. Non opus est ut Schol. de demonstratione a priori & posteriori aliquid speciatim addamus: quoniam ex dictis iam potest concipi. Progredimur ad meditationem.

§. 781. *Possumus progredi ab una veritate cogni-* Probl. *ta ad alteram*, si sumamus principium aliquod, siue sit definitio, siue alia propositio, tanquam fundamentalem propositionem, euoluamus ex subiecto vel praedicato ideam, & formemus conclusio-

clusionem; hanc iterum tanquam propositionem fundamentalem respiciamus, euoluamus idem aliam, nouamque formemus conclusionem, & sic continuemus, quoad libuerit, adhibitis variis argumentandi modis.

- Schol. Quo plures alicui cognitae sunt veritates, quo felicius ipsi a natura contingit ingenium, quo exactius logices praecepta nouit & artificia heuristica, eo felicius in tali veritatum inuestigatione poterit progredi.
- Definit. §. 782. Actus intellectus, qui tendit ad augmentum verae cognitionis, est *meditatio*.
- Consect. §. 783. Per consequens actus intellectus, quo notiones distinctas, completas, adaequatas acquirere, iudicia eorumque veritatem perspicere, ratiocinia & demonstrationes condere, itemque ex vna veritate alias elicere adlaboramus (§. 781.), sunt meditationes (. 782.).
- Schol. Crebriori exercitio meditationi adsuescimus, meliores tamen in ea faciet progressus, qui plures nouit veritates.
- Theor. §. 784. *Meditaturus* cognitionem suam veram augere studet (§. 782.), praecurata autem & obscuritas cogitationum facile praebent occasionem erroribus (§. 661. & 33.) per consequens *animum a praecuratis opinionibus liberum auferat*; & cum attentio efficiat, vt rem nobis satis claram repraesentemus (P. §. 42.), *attentione etiam debita sit instructus*.
- Probl. §. 785. *Axiomata* sunt propositiones theoreticae indemonstrabiles (§. 477.), & *postulata* practicae indemonstrabiles (§. cit.). Ergo *possunt formari varia ratione*, definitionem inuertendo, et ea immediate concludendo, cum primis operae consequentiarum immediatarum, ita, vt propositiones erutae vel euadant theoreticae, vel practicae, prout vel axiomata vel postulata inuenire cupis.

Dispositiva 745.

- a. definitiones dividendo.
- b. propositiones convertendo.
- y. per consequentias immediatas.
 - 1. per additionem.
 - 2. ab abstracto ad concretum concludendo.

Problemata sunt hinc in hinc, et sunt nunc definitiones geneticæ, ^{ad. 9. 706.} fin. 9.

§. 786. *Theoremata & problemata inuenturus* Probl. ita procedat, vti dictum (§. 781.), & sic formet propositiones vel theoreticas vel practicas, & habebit casu priori theoremata, posteriori problemata.

Consultum hic est, quod generatim aliquoties di- Schol. stum a facilioribus facere initium & ad difficiliora progredi pedetentim. De veritate propositionum nostrarum reddimur certiores per sic dictam *probam*, quae est confirmatio propositionis per casum singularem ad quem applicatur. Suadent nonnulli, vt geometricae cum primis veritates sumantur, & circa eas hocce exercitium suscipiatur.

§. 787. Si consideremus, quid sit corollarium Probl. siue confectionarium & scholion, facile patet, *quae ratione corollaria & scholia apte formari queant.*

§. 788. *Si effectus dati inquirenda est causa,* Probl. probe expendenda est ipsa res, quae mutationem subit, qualis ista fuerit antea, & qualis deprehendatur post eandem. Hinc enim intelligitur, qualis actio requiratur ad mutationem, quae facta esse supponitur, inducendam. Porro perlustremus oportet res, quae ad nostram peruenerunt notitiam, vt adpareat, num inter eas occurrat aliqua, a qua possit eiusmodi actio proficisci, vel an plures occurrant, quae viribus coniunctis simul eam edere possint. Nisi denique illae fuerint solae, a quibus istiusmodi expectare licet actionem, inquirendum, an causae illae fuerint ibi praesentes, vbi effectus datus fuit productus.

Docet haec & exemplis illustrat vberius III. wol- Schol. FIVS Log. Lat. §. 727. ex quo sequens problema, insignis vtilitatis, subiungimus.

§. 789. *Si causae & earum effectus nobis inno-* Probl. *tuerit, & cupiamus inuestigare, quid earum quaelibet ad eundem contulerit,* notionem complexam, qua

qua caussae cum effectu representantur, resolvere debemus in iudicia intuitiua; resoluantur, quantum fieri potest, notiones earum in distinctas, & in memoriam reuocentur, quae de qualibet earum nobis innotuerunt; ita perspicimus, quid earum quaelibet ad effectum contribuat.

Schol.

Ex iis, quae adhuc vberius sunt dicta, elucet, inuentorem debere in eo veritatum genere esse veritatum, in quo inuentor euadere studet; inuentorem itaque in vno veritatum genere, ideo non statim esse inuentorem in alio prorsus; denique tiro-nem nondum debere inuentorem agere, sed aliorum inuenta sibi perspecta primum reddere. Hic vero exercitium illud maxime commendandum est, vt se praeparet, ad veritatem proprio Marte inueniendam, applicando regulas adhuc expositas, inquirendo, quomodo illa inueniri poterit. &c.

Definit.

§. 790. *Dubitatio* est actus, quo iudicamus, nos ignorare, vtrum aliqua propositio sit vera, an falsa; siue est suspensio iudicii de veritate & falsitate alicuius propositionis.

Probl.

§. 791. *Qui errorem euitare cupit, praesudicia imprimis*, is suas cogitationes regulis logicis accurate conformet, neque iudicium de veritate vel falsitate propositionis ferat, quamdiu eius rei non habet rationem; seu suspendat iudicium aliquamdiu, donec veritatem vel falsitatem perspiciat, adeoque dubitatio, ceu remedium aduersus errores, vtiliter quoque adhibetur. (§. 790.).

Schol.

Dubitatio tamen non est negatio (§. 790.), per consequens id non volumus, debere aliquem negare ea, circa quae errores vult euitare. Neque dubitatio perpetua esse debet, sic enim prolaberemur in scepticismum, sed temporaria, & cum in finem instituenda, vt eo facilius perspiciamus verum, vitemusque errores.

Suffi.

D. 792.

Librum dicimus scientificum si quorum cognitionem auctoris cuiusdam & obiecti quodam indicantium

- ad. 9. 793.
- I. Libro no. Aristos fasset in duo Ablassung des Dogmatis, nam no. zu Demselben nam pponem ori-
uere alem sed nt. D. theologia naturalis begriift genus dogmata und fat das ob iectum si ga
 - II. Scientia est complectens pponem sola experientia cognoscibilem.
Libro itaque catenus scientificus est quatenus continet ppones sola experientia cognoscibiles.
Dogma est ppd non sola experientia cognoscibilis
liber itaque catenus dogmaticus est, quatenus continet cuiusmodi veritates, ad quarum cogni-
tionem sola experientia non sufficit. ff. quae continent propositiones quarum veritas non pa-
tet experientia sola.
 - III. D. no grund das no fuit falsum das duis lingt in dem ob iecto.

Sufficiant haec de modo propriis viribus intelle- Schol. II.
ctum emendandi, progrediendum nobis nunc
erit ad modum ex aliorum cognitione hauriendi
fructus. Quae enim adhuc fortassis dici possent
de priori argumento, hinc inde in sequentibus,
loco commodo, inspergemus.

CAPVT XI.

DE

LIBRORVM VSV.

SECTIO I.

DE

DIFFERENTIA LIBRORVM.

§. 792.

Recensionem cognitionis auctoris cuiusdam de Definit.
aliquo obiecto scriptam vocare solemus
librum.

§. 793. Ex librorum lectione faciliori negotio, Theor.
& breuiori tempore saepius, magis possumus pro-
ficere, quam si sola meditatione vti vellemus (P.
§. 182.). Cum itaque non in nostra sit positum
potestate, omnes veritates propriis viribus vt
eruemus, cuius etiam ratio est vitae nostrae breuita-
tas, illa sunt adhibenda in auxilium, quae alii
litteris consignauere, per consequens *vti libris*
debemus (§. 792.).

Fuerunt, qui omnem librorum lectionem ad orbem Schol.
relegari optarunt, putantes tribus tantum esse vten-
dum libris, libro naturae, scripturae & conscientiae.
Alii quaedam sed paucissima legi volue-
runt. Quatenus hi fallantur, facile patet.

§. 793. *Liber historicus est, qui tradit cognitio-* Definit.
Coruini Logica. Q *nam*

nem de ente actuali secundum existentiam, & ea quae cum eodem facta sunt, siue est liber, in quo recensentur facta, siue res singulares. *Dogma* est quaelibet propositio vniuersalis, aut, ob defectum cognitionis, particularis, de eo quod rebus pluribus est commune; siue *dogma* est propositio, quatenus in ea aliquid de obiecto quodam adseritur secundum rationes. *Liber*, in quo proponuntur dogmata potissimum, de obiecto quodam, vocatur *liber dogmaticus*.

Schol. Ratio, cur non plene se mihi prober definitio *dogmaris* Ill. WOLFII, haec est, quia in theologia naturali dantur propositiones, quae neque vniuersales neque communes sunt, sed singulares tantum, & nihilominus dogmatum nomine veniunt. Si dicas, illas vniuersalibus aequipollere, verum quidem est, sed tum quoque eas dogmatibus aequipollere tantum, statuendum foret, reuera autem theologiam naturalem tradens liber hac ratione esse deberet liber historicus, quod repugnat vsui loquendi.

Definit. §. 794. Pro diuersitate eorum entium actualium, de quibus historia agit, diuersa oriuntur historiarum genera. *Historia diuina*, & *historia creaturarum* quid sit, patet. Porro, si enumerentur facta hominum, est *historia humana*; si facta naturae, *historia naturalis*; quae iterum est vel *coelestis*, vel *terrestris*, prout vel facta siue phaenomena coelestia, vel ea quae in tellure occurrunt, recenset. Rursus sunt *historia meteorum*, *animalium*, *piscium*, *insectorum*, *auium*, *plantarum* siue *botanica*, *morborum*, *animae humanae*; siue *psychologia empirica*, rerum subterranearum, vnde *historia subterranea*.

Schol. Definitiones breuitatis causa omittimus, quia ex ipsis terminis satis constant,

§. 795

... de tu
... in quo
... et
... cum
... dum
... quibus
... quibus
... in abbe
... propo
... to quo

... dogm
... ia ma
... nuen
... es ne
... emat
... e, nam
... mudi
... rem
... per hac
... ad re

... auct
... munt
... stria
... ume
... factu
... est ve
... phae
... occu
... rorum
... olanu
... m. m. h.
... earus

... quia e
... 5. 791

add. 794.

Historia continet experientias. Sed Dei existentiam non certumur. Et nec datur historia Dei. Dni
historiam gratia nisi suo die gratia.

- Zu diesem Capital können mit Nutzen nachgelassen werden:
- I. Wolfenbüttel'sche Gedanken von d. Schriftten des menschl. Verstandes
S. XII.
 - II. Gess'sche Briefe von d. Schriftten eines allgemeinen Ansehens
Zeller im magdeb. Briefen. 1754.
 - III. sind die folgende Prof. J. D. Hoffmann's hermeneutica universalis.

§. 795. Historia humana dicitur κατ' ἔξοχὴν Definit.
historia. Rursus diuiditur in *historiam ciuilem*,
quae statum & fata regnorum & rerum publica-
rum atque res gestas summorum imperantium;
ecclesiasticam, quae statum & fata ecclesiae; *lite-
rariam*, quae statum & fata orbis literarii; specia-
tim rursus *historiam literariam theologiae*, *iuris*,
medicinae &c. *historiam artium*, quae opera artis
& artes ipsas; *priuatam*, quae facta & fata ho-
minum priuatorum describit. Pertinent huic *bio-
graphiae*, seu vitarum descriptiones.

§. 796. Libri dogmatici iterum diuiduntur in Definit
libros *dogmaticos historicos*, in quibus dogmata
tantum recensentur, & ad summum argumenta,
quibus probantur, indicantur; & *dogmaticos
scientificos*, & *systematicos*, vbi dogmata simul pro-
bantur. Porro dogmatici rursus possent diuidi,
pro varietate obiekti, de quo agunt, in *philoso-
phicos*, *theologicos* &c.

SECTIO II.

DE

LIBRORVM LECTIONE VBI DE HERMENEVTICA

§. 797.

Legitima libri lectio est determinatio conceptu- Definit.
um ab auctore cum signis connexorum, &
examen eorum, vt, quatenus cum veritate con-
sentiunt, eos in vsus conuertere possimus.

§. 798. Librum itaque adcurate & legitime Confess
lecturus, operam det necesse est, vt auctorem ri-
te intelligat (§. 797. & 183.), examinet veritatem
Q 2 eorum,

eorum, quae auctor proponit, & in usus suos conuertat (§. praeced.).

Definit. §. 799. *Interpretari* sermonem dicitur, qui eruit ac determinat cognitiones, quas auctor cum signis suis cogitationum connexuit. Qui interpretatur dicitur *interpretres*; & scientia interpretandi *hermeneutica* audit.

Confect. §. 800. Librum ergo lecturus interpretetur cum necesse est (§. 799. 798.).

Definit. §. 801. Interpretatio ab ipso auctore in gratiam aliorum facta dicitur *authentica*; ab alio, dicitur nonnullis *heterothentica*. Haec iterum est vel *usualis*, quae vsui loquendi innititur tantum; quae vero in aliis simul rationibus fundatur, *doctrinalis* adpellatur. Doctrinalis haecce denuo est vel *certa*, si ratio sufficiens adsit illius, seu si eius oppositum inuoluat absurdum: vel *probabilis*, quae rationem habet sufficienti propiorem, siue ubi ex variis circumstantiis colligimus sensum, non tamen ita ut oppositus sensus plane non queat habere locum; vel *dubia* quae aequaliter obtinere & non obtinere posse videtur; vel denique *improbabilis*; cuius opposita est probabilis, siue quae iam inuoluit aliquid inconuenientis.

Confect. §. 802. Ergo quo magis aliqua interpretatio cum usu loquendi & recepto terminorum significato, nec non cum adfectionibus loquentis & rerum de quibus ipsi est sermo antecedentibus ac consequentibus, est conueniens, eo est probabilior (§. praeced.).

Definit. §. 803. Vltior est diuisio interpretationis in *declaratiuam, extensiuam, et restrictiuam*. *Declaratiua*, qua sensus modo sermonis declaratur, prout verba iacent, genio linguae conformiter. *Extensiuam*, ubi plus elicitur ex verbis, quam genius linguae postulat, seu qua maior ambitus sensus erui-

ad §. 601.
Sed in authentica interpretatione Pan man in logicis k. Angli gubau, nass dnu Baku hnu
ca none: quilibet optimus est verborum suorum interpres.
Interpretationem obsequem unum man dnm ngn, qual exemplis aliorum interpreti.
nibitur. Dnm n bnu pnt alio auf dnu praeculicis autoritatis indist. Enist aufing,
non; quia multitudo errantium non pariter errori patrocinium

ad §. 803 Schol.
Hor odiosa sunt quae s. contra rem publ. s. contra autoris scopum tendunt.

eruitur & probatur, quam illa habere videntur; denique *restrictiva*, quae minor ostenditur esse verborum ambitus, quam secundum linguae genium esse videtur.

Semper illa adhibenda est interpretatio, quae rationi, benignitati & harmonitati maxime est conformis. In eo consistit *aequitas interpretatoria*, quae tamen non esse debet cerebrina. Ad aequitatem istam referunt multi, quod odiosa sint restringenda, favorabilia extendenda, quod tamen rite est intelligendum. Schol.

§. 804. *Interpretatio menti auctoris conformis*, dicitur *vera* seu *genuina*; si vero menti auctoris minus sit conformis, *falsa* est seu *spuria*. Definit.

§. 805. Cum interpretatio consistat in eo, ut cogitationes cum symbolis ab auctore coniunctas eruamus (§. 799.), sonos sine mente non possumus interpretari. *Si quomodo ergo sermonem interpretari volumus, auctorem cum signis, ibi obuiis, coniunxisse cogitationes, nobis constare debet.* Theor.

Interpres debet inuestigare sensum auctoris, cum primis si obscurior sit, quod contingere potest, si scripturae forma est deformis, abbreviationes siue scribendi compendia adsint minus nota, scribarum sphalmata, atque typographorum, interpunctio vel omnino deficiat vel minus sit accurata, verba occurrant peregrina, obsoleta, abrupta, perplexa &c. & quae aliae possunt esse obscuritatis causae, passim cap. II. adductae. Schol.

§. 806. Cum interpres eas debeat iungere terminis cogitationes, quas iis iungit auctor (§. 799.), sequitur, ut si auctor terminos, quibus utitur, explicat, definitiones eorum nobis reddere debeamus familiares, atque iuxta eas illos explicare teneamus; si vero terminos aliunde supponit, v. g. ex communi usu loquendi, significatus illorum inde sit reperendus. Theor.

Q 3

§. 807.

Definit. §. 807. *Aequus est in interpretando*, qui verbis auctoris non alium tribuit sensum, quam quem iis conuenire, demonstrare, minimum probabiliter adstruere valet. *Iniquus contra in interpretando est*, qui verbis auctoris sensum tribuit erroneam, quem iis conuenire demonstrare nequit.

Schol. Gradus huius iniquitatis dari, est manifestum, maior est v. g. vbi per regulas artis interpretandi patet, sensum erroneum esse a mente auctoris alienum; adhuc maior, vbi, admonitus licet falsae interpretationis, & quamuis verus verborum sensus demonstratus sit, tamen sensum erroneum verbis auctoris tribuere pergit. Ratio illius esse potest vel supina negligentia, vel odium erga auctorem, vel fastus, vel lucri cupido, vt plura scripta edere queat, &c.

Axioma. §. 808. Nemo contradictionem admittere vel admisisse, si etiam primo intuitu ita videatur, statim censendus est, nisi id satis probari queat.

Consect. §. 809. Si termini significatus, quem ex vsu loquendi deprehendimus: propositionem auctoris reddat absurdam, aequitas postulat, vt auctorem ab vsu loquendi recessisse coniciamus (§. 807.), & semper interpretatio ita instituenda est, ne temere sensum eruamus, qui contradictionem sapit (§. cit. & 808.).

Schol. Eo quidem casu, nec non si proprias suas deferat definitiones, auctor non plane excusari potest, tantum tamen hocce non est vitium, ac si contradictoria admisisset.

Theor. §. 810. Si ipse auctor non declarauit mentem de terminis quibusdam, respiciendum est non ad etymologiam solam, sic enim facile aberramus, sed etiam ad relationem antecedentium & consequentium ad se inuicem, seu ad *contextum*, ad exempla, ad *parallelismum verbalem*, item ad *parallelis-*

F. *Loca quae continent eadem verba.*

Cyfr. 8. 803. Schol. 25. 607.

qui
am
re
uere
nequ
um
re
aucto
cet
rhoru
romem
lius
erga
lura

ere
tur
eat
uio
uicior
cherem
Ser
re
lapit

as
ari
a, ac

entem
on ad
ram
ce
om, ad
ad
radit

vall
per
lis
ris,
ad
fer
pr
fui
riu
in

qu
go
pr
co
fer
ce
fa
ve
no

ve
is
gi
de
ci
mi

vallelismum realem, ut colligantur praedicata, quae per terminum determinantur ab auctore, ut ex illis idea formari queat; ad circumstantias auctoris, eius v. g. sectam & dogmata, quibus fuerit addictus; patriam, aetatem, adfectum, finem cur scripserit, quae partim ex titulo, dedicatione, praefatione libri &c. partim ex historia literaria sunt haurienda. Saepius auctor vno loco obscurius dixit, quae alio clarius explicat, quae itaque in subsidium sunt vocanda.

§. 811. Si sensus proprius retineatur, & alia qua inde resultet absurditas, deserendus est (§. 807. 809.), cum enim ratio adest sufficiens, cur proprium deseramus. Quamdiu vero non incommodum inde oritur, si retineamus proprium sensum, a proprio verborum significato cur recedamus, nulla adparet ratio, nisi ipse auctor satis hoc luculenter testetur. *A propria itaque verborum significatione absque urgente ratione non est recedendum.*

§. 812. Auctoris mentem intelligimus, si cum verbis eius iungimus easdem ideas, quas ipse cum iis coniunxit (§. 183.), si itaque terminis eas iungit ideas, quas praxis ipsa ei suggessit, & nos eadem praxi notiones terminis iungendas in nobis excitamus; *dubium non est, quin easdem ideas terminis attribuamus, quas iis adsignavit auctor.*

Haec regula cum primis in explicatione sacrae scripturae notanda venit. Patet generatim, nos recte intelligere alienius auctoris mentem, si ipsas res de quibus loquitur vel scribit, perceperimus, & notiones earum ipso usu nobis comparauerimus. Reliqua, quae diximus, non minus ad scripturam sacram possunt applicari. Generalia hic exhibuimus de interpretatione praecipua. Possunt in casibus specialibus facile ulterius determinari. Pluribus egit de

Schol. I.

- generalibus Cel. 10. GEORGIUS ZVRLINDEN
in Ratione meditationis hermeneuticae, imprimis
sacrae, Ienae 1735. 8. potissimum Cap. I. & II.
- Schol. II. Interpres, vti ex dictis constat, instructus sit oportet
notitia linguae, circumstantiarum auctoris,
argumenti in scripto explicando extractati; ha-
bitu notiones formandi; propositionum cogni-
tione exacta, habitu ratiocinandi & demonst-
randi &c. ratione voluntatis amore veritatis, sine-
ritate &c.
- Probl. §. 813. Si quis ante memoratas interpretandi
regulas bene nouerit, feliciter in libri lectione pro-
gredietur, si, quid in scripto contineatur, ex titu-
lo, praefatione &c. inquiramus, perlustremus ca-
pitum, si quae adsunt, vel sectionum inscriptio-
nes, discernamus doctrinas principales ab illu-
strantibus, & meditationem, vbi opus fuerit,
de qualitate & veritate doctrinae adiungamus.
- Schol. Alia adminicula proferemus in praelectionibus,
Nisi quis debite incedat in lectione librorum,
homo multae ac prolixae lectionis euadere potest;
sed facite simul confundetur in sua cognitione.
- Definit. §. 814. Qui librum legit, vt suam hinc augeat
veram cognitionem, cum in usum conuertere di-
citur.
- Consect. §. 815. Per consequens librum conuersurus in
usus suos, omnem nauet operam, vt intelligat
eundem, lectorumque praecipua, ad augmen-
tum cognitionis ipsius facientia, memoriae man-
det (§. praeced.).
- Schol. Quia memoria nostra est labilis, multi excerptorum
suadent usum. Licet enim non defuerint, qui
omnino ista reiecerunt, absque tamen ratione id
fecisse, non immerito alius videntur. Consul-
runt itaque est, ea quae legimus, quae potiora mo-
menta, literis mandare, & futuris vlibus adser-
uare. Sed deo, quae ratione optime excerpta fi-
ant, quamplurime maximeque sibi repugnantes

existant eruditorum sententiae. Ratio ipsa suadet,
 eiusmodi eligendam excerpandi methodum esse,
 quae nec operosa nimis, & res excerptas quaerenti
 facile exhibet. Saluis aliorum consiliis, commo-
 distime res ita viderur posse instrui: reddat abo-
 quant profitebitur, disciplinae systema sine con-
 pendium, completum tamen istud, ut nullum de-
 fit palmarium eo pertinens argumentum. Quod-
 si tum libros aliorum de eadem materia tractan-
 tes legere cupiat, chartam habeat ad manus, pagi-
 nis rite notatam, eique promiscue inscribat, quae
 deprehendit notatu digniora, auctoris, ex quo ea
 desumpta sunt, nomine adiecto, eiusque loco; tum
 vero in suo compendio seu systemate eius disci-
 plinae ibi adscribat illam paginam, suorum ex-
 cerptorum, ubi sedes illius materiae deprehendi-
 tur; istud continuet, donec ipsius excerptorum
 schedulae volumini sufficiant, tum aliud eadem
 ratione colligat volumen. Si etiam statim ab ini-
 tio volumen chartae mundae compactam velit
 quis adhibere, perinde erit, licet ita scriptio non
 adeo commode sit locus, uti experientia loquitur.
 Neque abluant hinc, qui compendii sui foliis
 chartam interseri mundam curant, eique adno-
 tata mandant. In ipso excerpandi modo non mi-
 nus prudenter est incedendum. Si libros possi-
 des ipse, loca prolixiora si transcribere velles ex
 charta in papyrum, stolide ageres: interim, ut
 paucis verbis, quae pluribus ibi extant, tibi no-
 tes, sum auctor. Sic enim compendium nosci eo-
 rum, quae prolixè legisti, nec opus habes, sem-
 per relegere prolixam fortassis auctoris tractatio-
 nem. Si loca iam sint breuiora, opus tantum est,
 ut ad marginem tui compendii adscribas, ubi oc-
 currant. Quodsi vero ex codice aliquo msclo,
 vel libro non vbiuis obuio depromere cupias, ad
 circumstantias est respiciendum. Vbi enim ver-
 borum etiam ratio est habenda, integra quoque

Qr

loca

loca exscribere expedit; alioquin faciliori negotio ea in compendium ages, & eadem, uti ante dictum, methodo procedes.

Probl. §. 816. Historiae civilis finis est, dogmata confirmare politica, & comparare prudentiam civitem; historiae ecclesiasticae, confirmare dogmata de regimine ecclesiastico, & comparare prudentiam ecclesiasticam; privatae denique, confirmare prudentiae praecepta, dirigere actiones ad suam & aliorum felicitatem, & comparare prudentiam privatam. Ergo *historiam civitem, ecclesiasticam & privatam ad usum suum translaturus*, ethicae & politicae cognitione instructus sit oportet, itemque logices praeceptis imbutus, ut a singularibus abstrahere possit regulas generales, & generalia praecepta ethicae & politicae singularibus applicare queat.

Probl. §. 817. Providentiae divinae leges consistunt in eo, quod in hominum factis contineatur ratio factorum, sapientia numinis summi digna. Si quis ergo *ex historia providentiae divinae leges derivare voluerit*, is inquirere debet, quomodo fata singulorum hominum, rerum publicarum & ecclesiae conveniant illorum actionibus, & quomodo bona & mala physica respondeant moralibus.

Probl. §. 818. *Ex historia literaria artem inveniendi locupletaturus*, notet tempus, quo aliqua veritas fuit inuenta; praeterea veritates illo tempore de eodem obiecto cognitae cum aliis cognatis sibi reddat familiares; denique modum inquireat, quo ex his continuo ratiociniorum filo illa deduci possit & potuerit.

Schol. Si ex circumstantiis vitae auctoris innotuerit, quibusnam veritatibus fuerit imbutus, modum poterit hariolari, quo inuentor sit usus, cum plures dentur ad eandem veritatem perveniendi viae.

§. 819.

in negotiis
ante

rogant
stant
de
prece
intra
s ad
iruden
celesti
urum
oportet
a
les, k
gular

sistunt
ratio
s
es de
o fan
eccle
mo
us
uendi
eritas
re de
s fini
quo
duci

qui
poc
liant
ac.
. 119

Linea 4. § 1. 2. postm:

ad fudg species, i. c. videndum est, utrum propositiones obviae sint demonstrabiles
an indemonstrabiles.

§ 19.

§. 819. *Ex scripto dogmatico utilitatem capturus*, videat, vtrum continuo orationis filo fuerit contextum; tum singulae definitiones ac propositiones inde eruendae & ad suas species (§. 475.) reducendae, & quae ad demonstrationem, seu probationem; quae ad scholia pertinent, ab iis sècernenda; vbi tum examinauerit singulas ad regulas logicas, eas mandet memoriae, v. g. definitiones ac propositiones. Vt definitio ipsi euadat familiaris, resoluat eandem in propositiones, & ad exemplum adplicet singulare. Propositiones rite debent esse determinatae, si enim sint vagae, facile dant errandi occasionem; vnde nisi ipse auctor satis determinauerit suas propositiones, lector addat ab auctore omissa. Demonstrationes ac probationes resoluat, vt non tantum singulae praemissae animum subeant, sed earum etiam forma adpareat, adnotatis in charta conclusionibus, quae syllogismos sequentes, siue sigillatim, siue in vnum confusae, tanquam praemissae ingrediuntur, demonstrationes atque probationes vt memoriae mandet, opus non est, nisi aliis rursus docere velit. Demonstrationem modo capiamus, propositio nobis iam certa euadit, adeoque deinceps ea non habemus adhuc opus, cum propositiones adplicari queant, licet demonstrationem memoria non teneamus.

Probl.

Patet ex dictis, ea scripta dogmatica lectu esse facilio- Schol.
ra, in quibus ipse auctor singulas propositiones distinguit, typorum diuersitate, vel nomina adii-
ciendo, vel alio modo. Item scripta, in quibus au-
ctor non suppeditat ipse adcuratas definitiones;
propositionesque determinatas, earumque verita-
tem non adstruit, difficulter admodum legi, & non
nisi multa labore cognitionem ad vitam vtilem ex
iis posse hauriri. Contra scientifica scripta facillime
possunt in vsum conuerti, modo lector, si etiam
sit

fit inexercitatus, suam non patiatuſ desiderari induſtriam, atque ſic procedat, vt anteriores temper veritates ſibi reddat familiares, antequam ad ſubſequentes progrediatur. Quam ob cauſſam vtilis eſt praeparatio ad lectionem ſcriptorum ſcientificorum; ſi praemittatur horum lectioni lectio librorum dogmaticorum historicorum, cum iis inferantur definitiones & propoſitiones, quarum frequens eſt in demonſtrando vſus. Hic ipſa ſcientifica ſcripta ſubſidiariam iterum praestare operam queunt. Si enim auctor in ſcripto ſcientifico definitiones a propoſitionibus, propoſitiones a demonſtrationibus, demonſtrationes a ſcholiis diſtinguit, ſcriptum dogmaticum ſcientificum praestabit vſum historici, quo ad illius lectionem praeparatur, vbi ſaltem definitiones ac propoſitiones, cum ſcholiis, demonſtrationibus tantisper ſepoſitis, tibi familiares reddideris. Denique cum in ſcripto ſcientifico legendo opus ſit, vt anteriores quis ſibi familiares reddat veritates, antequam ad ſequentes progrediatur, illud autem, experientia teſte, non niſi temporis aliquo intervallo queat obtineri, non feſtinanter nimis, ſed lento gradu progredi debet, qui in iſto genere, ad quod pertinet ſcriptum illud, veritatum, nondum fuerit verſatus, & methodo ſcientificae nondum adſuetus,

SECTIO III.

DE

LIBRIS DIIVDICANDIS ET EXAMINANDIS.

§. 820.

Definit. **Q**uidquid alicui perfectiones adfert, ipſi eſt vtile.

Lemma §. 821. *Nihil agendum, niſi aliqua inde ad nos redundet vtilitas.* §. 822.

r de
erlor
quam
causa
rum se
oni led
i, cum
s. qu
ic ip
pract
pto sci
proposit
ationes
um scie
d illius
nitions
tration
deris. De
do opus
e verit
, illud
poris
inter
in illo
ad, ver
hodo

EXA.

ip
inde
S. 82

ad 8. & 28.

- I. Nam si scientia est cognitio rei ex rationibz. naturaliter pateficientibz. extra autorita-
tem dicentis; fides non est scientia.
- II. Intendum tamen eadem propositio et fieri potest et credi.

Facta generalia possunt demonstrari ad 8. & 28.
Facta, tria etc. sic dicta, sunt actio nes hominum, quatenus dependenta libera voluntate.

§. 822. Ergo in lectione librorum semper respiciendum, quinam libri nobis sint utiles, quinam faciant ad nostrum scopum (§. 821.). Confect.

Id plerumque ex titulo libri, praefatione & capitum inferioribus probabiliter perspici potest. Si legamus libros, post diiudicatione opus est. Schol.

§. 823. *Auctoritas alicuius personae* vocatur cognita illius perfectio, propter quam facile illius dictis adsensum, atque factis imitationem praestamus. Definit.

§. 824. *Fides* est adsensum, quem praebemus propositioni, propter auctoritatem dicentis; ipsam propositionem credere dicimur. Definit.

Patet hic non esse sermonem de fide saluifica, vel de fide moraliter sumpta, id est *Creue*. Schol.

§. 825. *Fides* itaque non est scientia (§. 824. & P. §. 96.), neque experientia (§. 705.). Confect.

§. 826. *Is*, cui adsensum praebemus, vel est Deus vel homo. Hinc *fides* est vel *diuina*, quae praebetur assertioni summi numinis; vel *humana*, quae hominis. Definit.

§. 827. *Fides oculata* est, quae nititur sufficiente ad credendum ratione; vti *coeca* est, quae destituitur sufficiente ad credendum ratione. *Credulitas* est habitus adsensum alicuius adsertis prabendi absque ratione sufficiente. Definit.
 * Dest. ad producen
 sum assensum.

§. 828. *Facta* ob omnimodam determinationem seu indiuiduationem demonstrari a nobis non possunt. Per consequens aut admittenda sunt tanquam probabilia, ob circumstantias singulares nobis perspectas; aut rationem adsensum non habemus, nisi extrinsecam tantum, deriuatam nempe ab auctoritate dicentis, quo casu creduntur. (§. 824.). Theor.

§. 829. Si quis non nouit veritatem, & ei velimus praebere adsensum, in errorem incidimus facile, Theor.

cile, itemque si nouerit quidem veritatem eius quod narrat vel adseuerat, nolit autem dicere, quae vera sunt, idem habet locum. Ergo si cui fides habenda, certi esse debemus, tum quod ipse nouerit veritatem eius, quod narrat, vel adseuerat; tum quod vera dicere velit.

Theor.

§. 830. Si non nisi probabiliter nouerimus, quod alteri veritas eius, quod narrat, fuerit perspecta, vel quod verum dicere velit, vel verumque; tum in syllogismo, cui fides innititur; quidquid dicit is, qui veritatem nouit, & dicere vult, id verum est; atque hoc vel illud &c. Ergo &c. minor non est nisi probabilis, per consequens conclusio etiam probabilis tantum est, (§. 682.), adeoque fides, quae ipsi adhibetur, non nisi probabilis est. Sin vero verumque constet, certa est fides.

Definit.

§. 831. Testis est persona, quae aliquid factum esse narrat, vt alterum ea de re certum reddat, siue ad adsensum flectat. Ipsa adsertio testis de veritate facti, dicitur *testimonium*.

Definit.

§. 832. Dexteritas testi tribuitur, si perspectam habet, de qua testari vult, veritatem; sinceritas, si velit dicere veritatem. Testis hisce requisitis instructus, vocatur *fide dignus*.

Consect.

§. 833. Requiritur itaque ad testem fide dignum dexteritas & sinceritas, (§. 832. 829.), & prout de ea sumus vel certi, vel probabiliter tantum eas in teste cognoscamus, fides ipsi vel certa vel probabilis tantum est adhibenda (§. 830.).

Definit.

§. 834. Qui narrat, quae sensu duce praesens est adiectus, seu qui testatur ex propria experientia, vocatur *testis oculus* seu *ocularis*; qui vero narrat, quae ab altero audiuit, seu ex aliena testatur experientia, *auritus testis* adpellatur.

Conf. I.

§. 835. Si ergo & factum debite sensibus se obtulit, & testis oculus fuit praesens, & debita
capa-

ca
ti
ni
ri
is
ve
ab
ct
ip
fa
me
cie
m

la
sta
ni
ve
2/2
ter
ad
20
111

tar
p-c
tit

capacitate instructus, omnibus facti circumstantiis recte attendit, vitium subreptionis evitare nouit, singula, quae sensu adsequutus est, memoriae infixata tenet, verbisque ea enunciare ualeat, is habet dexteritatem (§. 834. 832.). Auritus uero testis dexteritate instructus est, si ea, quae ab oculato narrari audiuit, qui & ueritatem facti nouit, & eloquitur, intelligit, fidem aliorum ipse explorare ualeat, & iueiuium testis oculati de facto, ab ipso facto distinguit, debite tum memoriae infigit factum eiusque circumstantias, & eidem infixatae propriis uerbis efferre nouit. Eiusmodi testis auritus aequiualeat oculato.

§. 836. Si itaque testis oculatus, & qui oculato aequiualeat auritus, quasdam facti circumstantias obliuioni dederint, quod per remotum nimis tempus facile contingit, eo casu uterque ueritatem facti non amplius nouit satis. Conf. II.

§. 837. Si testis oculatus factum narrat terminis uagis, facile accidit, ut auritus testis aliam cum termino coniungat notionem, quam oculatus, adeoque eum minus recte intelligat (§. 183.), ueritatem facti non semper adsequitur testis auritus. Theor.

Possent facile adhuc aliae de auritorum testium fide Schol. proferri cautelae, v. g. quod is qui uixit eo tempore, quo factum contingit, uel non multo post, ut testes fide dignos oculos audire potuerit, itein cui tabellaria publica frequentare licuit &c. maiorem mereatur fidem, quam qui multo demum post tempore uixit, famam secutus est, hominesque leues & fide non dignos.

§. 838. Quidquid adperimus, nobis repraesentamus tanquam bonum (per exper.); si quis itaque falsa narrare uelit, nec ueritatem, quam nouit manifestare; prius ceu bonum, posterius ceu malum Theor.

malum sibi repraesentet necesse est. Vbi ergo ratio adparet, cur aliquis testis falsam narrationem seu reticentiam veri, tanquam bona, sibi repraesentare potuerit, sinceritas eius est dubia admodum, & quo maius bonum ex occultatione veri, quo maius multum ex manifestatione eius, ipsi fuisse expectandum, possumus ostendere, eo magis dubia est ipsius sinceritas. Quod si uero nulla adparet ratio, quae ipsum mouere potuerit ad rem aliter narrandam, ac ipse eam nouit, sinceritas eius patet (§. 832.).

Schol. Notus itaque nobis esse debet testis; unde historia literaria hic denuo praestat usum, ut noscamus, qualis fuerit ratio patriae, morum, sectae, officiorum &c.

Theor. §. 839. Quidquid contradictionem inuoluit, factum esse nequit. Si ergo quis narrat ea, quae sibi inuicem, vel aliis ueritatibus contrariantur, eius narrationem, saltem ex parte, falsam esse, patet.

Schol. I. Cauendum tamen, ne, quod prima fronte contradictorium videtur, statim pro tali habeamus. Si narratur res mirabilis, vni testi, cum primis, si res ita sit comparata, ut testis facile potuerit decipi, parum fidei habetur. Si plures rem testantur, licet etiam non per omnia eodem modo, maior est probabilitatis gradus; maior si plures fide digni iisdem circumstantiis referant; praesertim si sint personae publicae, vel etiam testes iurati.

Schol. II. Possunt alia subungi, v. g. utrum silentium coaeuorum narrationi cuiuspiam deroger fidem. Certe si res sit magni momenti, de qua testimonium exhibitorum fuisse coaeuos, est probabile, nec adparet ratio, cur silentio eam praeterierint, reddit dubiam talem narrationem, non aequae, si circumstantiarum alia sit ratio; eam narrationem maiorem

1074
1075
1076
1077
1078
1079
1080
1081
1082

1083
1084
1085
1086

1087
1088
1089
1090

1091
1092
1093
1094
1095
1096
1097
1098
1099

1100
1101
1102
1103
1104
1105
1106
1107
1108
1109
1110

n
fi
n
D
t
f
f
S.
exam
legg.
S.
impe
S.
Illius
bri ta
Ha
de
m
S. S.
radit
zadi p
cto
firmi
gmi
ora
a fu
Ad
vel
feu
En
et
fer
die
S. S.
Corp

rem mereri fidem, quae facta est simpliciter & historice; minorem, quae oratorie; minimam, quae poetice.

Deus falli & fallere nescit, per consequens, si de testimonio diuino certo constat, nullum nobis de ea re, quam testatur Deus, dubium superesse debet. Modo ostendatur, 1) quod diuinum vere sit istud testimonium, & 2) an hoc modo necessario intelligendum? Schol.III.

§. 840. *Scriptum historicum ratione veritatis* Probl. *examinaturus*, ea obseruare tenetur, quae §. 829. seqq. sunt adlata.

§. 841. *iudicare de libro* est, perfectiones vel imperfectiones illi tribuere. Definit.

§. 842. *Iudicaturus* itaque de libro huius vel illius generis, perfectiones & imperfectiones libri talis speciei cognoscat oportet. Consect.

Haec est ratio, cur praeter ante dicta, alia adhuc de perfectionibus librorum diuersi generis sumus addituri. Schol.

§. 842. *Liber est absolute completus*, si omnia tradit, quae de obiecto isto pro temporis ratione tradi possunt. *Adaequatus*, qui ea tradit de obiecto omnia & sola, quae fini auctoris erant conformia. *Liber in suo genere completus* est, qui omnia continet, quae fini auctoris pro ratione illorum temporum sunt adcommodata. Opposita sunt opposita ratione declaranda. Definit.

Ad opposita pertinent *scriptum inadaequatum*, idque vel in excessu, seu *nimis prolixum*, vel in defectu, seu *deficiens*. Si in scripto plures adferantur definitiones, quam opus erat, ad reliqua declaranda, est *nimis prolixum*, nisi scopo auctoris sit conforme, vt fortassis lectorem velit praeparare, vt alios quoque libros intelligere possit. Schol.

§. 843. *In historia naturali facta naturae describuntur* (§. 794.). Hinc eius *finis est*, vel *ingenere* *Coruini Logica.* R *gene-* Theor.

generare animo lectioris notiones rerum naturalium, vel imbuere eum principiis, quibus in ratiociniis de rebus naturalibus habemus opus. De historia artium idem obtinet.

Theor. §. 844. Ex definitionibus historiae civilis, ecclesiasticae, priuatae & literariae patet, in civili *suppeditari exempla, quibus dogmata politica confirmantur & vnde principia prudentiae civilis deriuantur, itemque iura summorum imperantium deciduntur; in ecclesiastica, proponi exempla, quibus dogmata de regimine ecclesiastico confirmantur, & vnde principia prudentiae ecclesiasticae deriuantur; priuatam suppeditare exempla virtutum & vitiorum, quibus praeccepta dirigendi actiones ad suam aliorumque felicitatem confirmantur, & vnde prudentiae priuatae principia deducuntur; denique in literaria docendum esse, vndenam veritatum inuentarum haurienda sit cognitio, & principia suppeditanda, ad inueniendi artem inde locupletandam proficua.*

Theor. §. 845. Ex collatione eorum, quae in cuiusvis generis historia tradenda sunt, patet, *inter fines historiae in genere referri debere, quod ad leges prouidentiae diuinae manuducat.*

Theor. §. 846. Ex dictis in praecedentibus patet, in scripto historico *non tantum vera esse narranda, sed etiam singula eo ordine, quo se sunt secuta, recensenda, nec quidquam eorum, quae ad finem historiae consequendum cognitu sunt necessaria, omittendum.*

Schol. Non opus est, vt nunc prolixè descendamus ad praeccepta specialia. Compendium eorum ex Ill. WOLFIO sic habes:

Theor. §. 847. *Historiam naturalem continens scriptum, & quidem eo sine elaboratum, vt rerum naturalium ideae alterius animo ingenerentur, ita debet esse*

esse
& i
rur
ciat
mic
quo
ctan
lis,
esse
§.
zain
quib
opus
tunc
tant
inqu
serua
us, q
exper
§.
strab
acor
nde
taber
uae
positi
§. §.
ri an
ar,
teline
pcri
ar.
gura
ore
nata

esse comparatum, ut obiecta adcurate delineata exhibeat; partibus singulis nomina sua imponat, & si non sint illis nomina, alia construat; quae rursus in partibus singulis deprehenduntur, speciatim enumeret; quae nudo oculo non patent, microscopii beneficio detegat, denique explicet, quò ordine singulae partes se excipiant & connectantur. Pater hinc scriptorem historiae naturalis, & pictoriae artis & linguae, in qua scribit, esse debere sufficienter gnarum.

§. 848. *Sin vero eo sine aliquis historiam scribat* Theor. *naturalem, ut lectoris animum principiis imbuet, quibus in ratiociniis de rebus naturalibus habemus opus*, formet iudicia intuitiua determinata; distinctas notiones eorum, quae in obiectis observantur; in causas latentes & eorum concursum inquirat; sibi que caueat, ne experimenta vel observationes instituens atque describens, sua de iis, quae observat, iudicia cum observatione vel experimento confundat.

§. 847. *Experimenta si describere sit opus*, de Theor. scribat instrumenta, quibus uti debet experimentator, singulasque actiones experimentatoris, ut inde possit iudicium ferri, quantum fidei ei sit habendum; recenscat porro singula phaenomena, quae se spectanda offerre, observat, denique propositiones, quae inde erui possunt, stabiliat.

§. 850. *Artium historia eo sine condita, ut lecto-* Theor. *ris animo rerum artificialium notiones ingenerentur*, exhibeat obiecta, quae describit; adcurate delineata, singulasque denuo partes singulatim describat, earumque connexionis modum exponat. Describat singularum partium materiam, figuram, rationem ad totum vel ad partes alias, colorem superficiei inductum &c. Si materia sit mixta, enumeret simpliciores, quae illam ingre-

diuntur, rationes partium singularum ad se inuicem, & mixtionis modum.

- Probl. §. 851. *Artes ipsas descripturus, eo sine ut earum notionem animo lectoris ingeneret, singulas recensere debet operationes, quae ad perficiendum aliquod opus artis requiruntur; instrumenta, quibus opus habet artifex, describat; immo si opus est, delineet, denique usum eorum in opere perficiendo distincte exponat.*
- Probl. §. 852. *Historiam artium conditurus, eo sine, ut animum lectoris imbuat principiis, quibus in ratiociniis de rebus artificialibus habet opus, indicet fines vniuscuiusque operis artificialis, si plures habuerit; distinctas eorum, quae in obiectis obseruantur, communicet notiones, quantum datur; partium singularum explicentur rationes finales; usus instrumentorum declaretur.*
- Probl. §. 853. *Historiam civilem conditurus, eo sine, ut dogmata politica inde confirmentur, ac principia prudentiae civilis hinc deriuentur; statum reipublicae quouis tempore describat, nec non media, quibus flos rerumpublicarum fuit conseruatus, vna cum impedimentis, quae eidem obstitere, vna cum caussis, ob quas imminutus ac perditus, praesertim fideliter recensentur molimina summorum imperantium, vna cum eorum euentu. Sin vero eo sine historia civilis condatur, ut iura summorum imperantium decidantur, describi debet ortus imperiorum; modus, quo imperantes summam potestatem in hac vel illa regione consecuti; summorum imperantium matrimonia, pacta & conuenta cum statibus, foederaque ac instrumenta pacis.*
- Probl. §. 854. *Historiam ecclesiasticam conditurus eo sine, ut dogmata de regimine ecclesiastico inde confirmari, ac prudentiae ecclesiasticae praecepta hinc deri-*

de
or
el
m
r
ac

uz
ria
di
pa
ne
ate

tan
pro
ad
cont
del
fingu

S.
re p
supp
nati
vel v

seru
for
citer
ant,
sacir
in

ala,
men
de fir
rom
2000

deriuari queant, describet statum ecclesiae per omnia tempora, media, quibus ecclesiae vigor est obtentus & conseruatus, impedimenta illius, mutationesque singulas, quae acciderunt, inprimis etiam circa dogmata & mores eorum, qui ad ecclesiam pertinebant.

§. 855. *Historiam priuatam conditurus, eo fine, ut dogmata moralia inde confirmentur, ac prudentiae priuatae principia hinc deriuentur*, describat distinctae singulas hominum actiones, virtuosas pariter atque vitiosas, fataque eas insecuta, non negligens ea, quae statum animi ob auctores atque fata produunt. Probl.

§. 856. *Historiam, siue ciuilem, siue ecclesiasticam, siue priuatam, eo fine conditurus, ut leges prouidentiae diuinae inde agnoscantur*, cumprimis adnotare debet, quae circa rerum euentus non consilio, sed fortunae vulgo tribuuntur, factaque & fata rerumpublicarum, ecclesiae hominumque singularium sedulo recensere tenetur. Probl.

§. 857. *Historiam literariam eo fine conditurus, ut principia ad locupletandam inueniendi artem suppediet*, vitas describat auctorum, ubi fuerint nati, qua vsi institutione, quibus praeceptoribus, vel uiuis vel mortuis, quis eo tempore, quo vixerunt, fuerit rei literariae status, vna cum statu ipsorum auctorum; adnotet sollicitè inuenta, quae anterioribus veritatibus quouis tempore accesserunt, & vna ratione iam ante inuenta ulterius fuerint perfecta, ut dubia abierint in certa, errores in veritatem, denique quae fuerint dogmatum fata, vel veritatum recens inuentarum, & fata inuentorum. Hisce si addantur, quaenam scripta de singulis argumentis secundum seriem temporum prodierint, quaenam in iis tradantur argumenta particularia, methodusque adnotetur, qua

in factis narrandis, aut explicandis & probandis dogmatibus auctor sit vsus, non pauca hinc capiet ars inueniendi incrementa.

Probl. §. 858. Hisce expositis patet, *quomodo sit diiudicandum cuiuslibet generis scriptum historicum*. Adsumere semper debet auctoris scopum.

Probl. §. 859. Auctor libri dogmatici historici non intendit, nisi vt lector intelligat dogmata, & ad summum norit argumenta, quibus ad eadem probanda vtantur (§. 796.); per consequens *scriptum dogmaticum historicum conditurus*, terminos singulos adcurata definitione explicet, nisi iis vulgo respondeat notio confusa fixa; propositiones determinatas condatur; si ita visum fuerit, argumenta recenscat, quibus ad ea probanda vtantur; immo eorum adnotet discrimen; denique in vno congerat loco, quae ad idem subiectum spectant.

Schol. Cum inutilia non amet sapiens, ea tantum in eiusmodi scriptis explicentur, quae vel ad reddendas aliarum veritatum rationes, vel ad inueniendas nouas, vel ad praxin vtilis sunt.

Probl. §. 860. *In scripto scientifico* omnes termini accurate definiantur, qui vel definitiones alias ingrediuntur, vel quorum definitiones ingrediuntur demonstrationes, tanquam praemissae syllogismorum, nec absque definitione occurrant alii, nisi quibus notio confusa fixum vindicat significatum, vel ex aliis disciplinis possunt supponi. Definitiones eo ordine collocentur, vt eae anteponanantur, quarum definita alias definitiones ingrediuntur; definitionum adhibendarum realitas adstruatur legitime; propositio nulla demonstratione egens, sine ea admittatur; propositiones omnes sufficienter sint determinatae; propositiones, quae ibi demonstrari non possunt, experientiae consentaneas esse ostendantur; in resolutionibus pro-

probat
a lra
oda
yfora
m.
ci non
, &
em pi
seripti
inos t
is vu
iones
gume
ur; m
no ce
tant.
umie
ad res
i mae
emab
e a
mno
de vide
ratiu
igati
om. d
e an
mes
ealra
ontr
mes
oim
per
uue
f

prob
enun
bent
reso
per
uiur
certa
que
tur e
inuer
reue
stac
S
vru
cum
suo n
S.
curri
erat
lecto
finie
P
a
r
n
d
S.
cum
licet
loco e
scripi
quo p
frunt
S
cuna
nulla

problematum singula, quae fieri debent, distincte enumerentur, & eo quidem ordine, quo fieri debent, & si opus est, problematis demonstretur resolutio, quod sit genuina; propositiones semper praemittantur, quae aliis demonstrandis inseruiunt; propositiones alibi demonstratae tanquam certae supponantur, & mutuo sumantur; denique si qua obscuriora poterant videri, illustrentur exemplis, dogmatum passim vtilitas indicetur, inuentores & eorum artificia, quibus sint vsi, reuelentur, rationes ordinis, non satis manifestae, reddantur &c.

§. 861. Ex dictis iam facile est ad iudicandum, *Probl. utrum aliquod scriptum dogmaticum sit historicum, an scientificum? & an satisfecerit auctor suo officio.*

§. 861. *Liber perspicuus est, in quo nihil occurrat, quod non sit sufficienter explicatum, ubi erat opus, ut facile sensus eius concipi possit a lectore. Liber obscurus opposita ratione est definiendus.* Definit.

Potest scriptum in se esse perspicuum, sed si lector auctoris definitiones sibi non satis reddit familiares, nec sufficientem adhibet attentionem, mirum non est, si librum non intelligat, & immerito de libri conqueratur obscuritate. Schol.

§. 863. Quando scriptum dogmaticum historicum sit ordine concinnatum patet ex §. 829. si scilicet ea, quae ad idem spectant obiectum, in una loco congerantur; scientificum autem ordine conscriptum est debito, si quodlibet eo loco ponatur, quo sequentibus intelligendis ac demonstrandis inseruiat (§. 860.). Theor.

§. 864. *Ordo Scholae est, quo ad idem subiectum spectantia in eundem locum congeruntur, nulla habita ratione, quomodo cognitio vnius* Definit.

pendeat a cognitione alterius. *Ordo naturalis*, quo ita ponuntur, prout vnum facit ad alterum intelligendum & demonstrandum. *Ordo mixtus* adpellatur, si ea quidem praemittuntur, quae aliis intelligendis ac demonstrandis inseruiunt, simul tamen eodem in loco pertractantur, quae ad idem obiectum spectant, quantum regula anterior permittit.

- Exper. §. 865. Eorum facilius meminimus, quae vna memoriae mandantur.
- Confect. §. 866. Ordo itaque scholae inseruit memoriae (§. 865. 864.).
- Exper. §. 867. Intellectui inseruit cognitio distincta, & explicatio debita, itemque nexus legitimus propositionum.
- Conf. I. §. 868. Ordo itaque naturalis inseruit intellectui (§. 867. 864.).
- Conf. II. §. 869. Ordo itaque mixtus inseruit & memoriae & intellectui (§. 868. 866. 864.).
- Conf. III. §. 870. In libro dogmatico historico ordo scholae, in scientifico ordo naturae obseruetur oportet (§. 864. 863.).
- Schol. Qua ratione definitiones in scripto dogmatico, & historico & scientifico sint examinandae, patet ex Cap. III. Ex iis videmus, si quis notiones deceptrices a veris non distinguit, eas confundere verba cum rebus; si in definitione cumulat, quarum vnum per alterum determinatur, tum adplicationem definitionum reddit prolixiorum &c. Interim, si scriptum dogmaticum historicum eo sine conditur, vt tantum constet lectori, quae sint definiti praedicata, in sola hac notitia adquieturo; tum in eius notiones omnia praedicata cumulari possunt, licet etiam se determinent inuicem. Descriptio eiusmodi abusue dicitur definitio, item *definitio exegetica*.

§. 871.

ca
pe
co
de
ne
ble
fit,
con
ble
fi e
pas
mat
no

P
f
n
c
libr
uer
lax
dan
cog
qui
fuo
con
pui
ma
fin

§. 871. *Resolutio problematis est completa*, si Definit. ea recensentur, quibus factis obtinetur, quod proponeretur ad faciendum; in casu opposito; *incompleta*; si plura recensentur, quam quae fieri debent, ut fiat, quod petebatur, *resolutio continet superflua*. Si factis iis, quae in solutione problematis praecipuntur, id, quod faciendum erat, fit, nec in ea praecipuntur, nisi quae fieri posse constat, vel ipso opere edocemur, *resolutio problematis vera est*; sin minus, *falsa, impossibilis*, si ea, quae praecipuntur, fieri non possunt; & *praxi aliena*, si ea, quae in resolutione problematis praecipuntur, nondum in potestate sunt nostra.

Potest resolutio esse physice vel etiam moraliter impossibilis. Patet ex supra monitis, problemata in scripto, cum dogmatico, historico, tum scientifico ita esse ordinanda, ut solutiones posteriorum non praecipiant, nisi quod fieri possit per praecedentia. Schol.

§. 872. *Confusionarius* dicitur scriptor, qui in Definit. libro, quod pertinet ad certam disciplinam, diversarum disciplinarum materias miscet. *Compiler*, qui quae ea de re, quam sibi pertractandam sumit, per alios libros sparsa repetit, in vnum cogit absque ordine & nexu. *Systematis conditor*, qui veritates, apud alios etiam auctores obuias, suoque fini adcommodatas, eligit, & inter se connectit. *Plagiarius*, qui, quae ex aliorum scriptis hausit, vel aliunde didicit, sibi tribuit. *Epitomator*, qui ex scripto maiori ea seligit, quae dato fini inseruiunt, & exinde minus componit.

Ex his definitionibus facile potest diiudicari, quid sit Schol. confusionarius &c. Speciatim compendia qui diiudicare cupit, ei ad finem, quem sibi praefixit, epitomator, respiciendum est, tum enim sine negotio alicui patebit, utrum compendium sit com-

pletum, an minus. Ceterum in hisce possunt quaedam sine probatione sumi interdum, cum tirones non adeo solent esse scrupulosi, immo non raro demonstrationes subtiliores taedium iisdem creant. Quod etiam de definitionibus terminorum, quorum notio clara sufficit, est dicendum.

Definit. §. 873. *Pertractatio dicitur solida, quae regulis methodi adcurate respondet, adeoque adcuratas definitiones, determinatas propositiones, demonstrationesque irreprehensibiles continet* (§. 860.). *Superficiaria* quid sit, ex opposito patet.

Schol. I. Dicta sufficiant de modo libros interpretandi, legendi, diiudicandique, plura qui desiderat, adeat Ill. WOLFIVM in Logic. Lat. quem in praecedentibus in compendium egimus, retentis ut plurimum ipsius verbis, quod & in sequentibus faciemus; insertis tamen hinc inde aliis nonnullis, praxi admodum inservientibus.

Schol. II. Logica genuina non solum docere debet, quomodo propria nostra facultas cognoscitiva sit emendanda, ac in veritatis cognitione dirigenda, sed simul ostendere modum, aliorum perficiendi intellectum (§. 84.). Quare nunc progredimur ad ista:

CAPVT XII.

DE

MODO CONVINCENDI ALIOS.

§. 874.

Probl. Qui alterum convincere intendit, efficere vult, ut ei aliqua propositio certa enadat (P. §. 108.). Iam propositio alicui est certa, si agnoscit eam esse veram, oppositumque esse non posse iudicat (P. §. 90.); ergo qui alterum vult convincere, efficere debet, ut agnoscat, propositionem esse veram, ita ut eius oppositum esse non possit.

§. 875.

Dieses Kapital muß man im Ensen gegen die 15 Briefe an, und festhalten
von jenen ist.

v
&
ti
6
pr
ui
l
ta
en
bu

m
tio
ne
de
tit
ru
v
fir
in

§. 875 Propositionem aliquam esse probabilem Theor.
vel improbabilem potest demonstrari (§. 679 680.
& P. §. 79.), si quis autem perspiciat demonstra-
tionem, fit certus de eo, quod demonstratur (§.
657. 672.). Ergo de alicuius propositionis vel
probabilitate vel improbabilitate alter potest con-
uinci (P. §. 108.).

§. 876. Qui aliquem ope sensus conuincere ad- Probl.
laborat, eo tantum adducat alterum, vt ipse senti-
at id, de quo eum conuincere cupit. Tum
enim nullum ipsi amplius erit de rei veritate du-
bium (§. 725).

Vbi in potestate tua non fuerit, efficere, vt alter Schol.
ipse rem experiatur; auctoritas obseruatoris
stabilenda vel experimentatoris, fidei requisitis
conformiter (§. 831. seqq.).

§. 877. Alterum conuicturus ope rationis, de- Probl.
demonstrationem adhibeat, & vt alter demonstra-
tionem peruideat, eiusque genuinam conditio-
nem, efficiat. Eo autem vsque continuanda est
demonstratio, donec in syllogisimis eam ingredien-
tibus, peruentum fuerit ad praemissas, de qua-
rum veritate nullum ei amplius est dubium, vel
vbi in principiis prorsus adhuc hospes est, ad de-
finitiones, axiomata, postulata, experientiasque
indubitatas.

Quomodo ita conuinci debeat alter a priori & a Schol.
posteriori, nemini potest esse obscurum, adu-
ratarum cognitionis a priori & posteriori defini-
tionum gnaro. In scriptis citatio §§. vsus praec-
bet conuictioni; hos enim, si rite sint citati, vbi
euoluerit conuincendus, perueniet vltimato ad
prima, quibus aliqua demonstratio innuitur,
principia.

§. 878. Si quem per demonstrationem conuin- Theor.
cere velimus, principia perspicere, eorumque ve-
ritatem agnoscere debet conuincendus, quapro-
pter

ter conuictio ope rationis non fit in instanti, sed successiue. Quoniam is quoque demonstrationis formam agnoscere debet, non autem adquirimus notionem demonstrationis, nisi aliquali minimum usu, conuicturus aliquo modo minimum in demonstrando versatus esse debet.

Schol. Geometriae studium hic subsidia praestat, in quo demonstrationes exacte deprehendantur. Licet in aliis quoque tales sint obuiaae, quae per consequens etiam possunt hunc in finem adhiberi.

Theor. §. 879. Propositionis veritatem perspicere nequit, qui eam non intelligit (§. 652. 369.). Cum vero eum, quem conuincere studemus, reddere cupiamus de aliqua propositione certum (P. §. 108.), *antequam conuictionem suscipias, propositio alteri est explicanda, nisi eandem iam intelligat.*

Theor. §. 880. *Conuincendus certus euadere debet de aliqua propositione (P. §. 108.), ergo eidem attentionem adhibeat, nec minus modo, quo certum eum reddere studemus (P. §. 42.).*

Schol. Aethiopem lauas, si alter non attendat, ubi eum conuincere suscipis. Quotidiana id loquitur experientia, ubi nonnunquam homines, quos conuincere operam damus, aliud prorsus cogitant, quam quod facit ad rem, attentionemque non adhibent nobis, quos certe, si ita pergunt, nunquam conuincete poteris.

Theor. §. 881. *Aliorum attentionem excitare & conseruare possumus, si clare & distincte ipsi proponenda proponamus; breuiter, ne eos fatigemus; ordine, vt memoriae consulamus; propositione uida, vt attentionem quasi furemur; methodo naturali, vt antecedentia manuducant ad sequentia, & quasi per se ipsum ea videatur eruere alter; sic enim perfectionis suae sensu excitabitur;*

rei

u.
m. d.
raan
uunt
imn.
dew

in e
Li
er ca
hiberi.

cere n
) Cu
reddi
n (P.
prop
mell
debe
eiden
m. d.

th
ogur
qua
is cog
emque
gum.

e G m
propa
remun
lition
met
ad sep
erua
xcitab

ad §. 434.

Coniectio pro actu sumta, est actio, qua officitur, ut alius veritatem propositis nisi cuiusdam et nexum eius cum aliis indubitatis principiis distincte cognoscat. Et coniectio nem itaque argumenta dialectica non sufficiunt, sed maxime requiruntur apodictica: tamen alios de probabilitate propositionis cuiusdam convincere possumus.

rei grauitas quoque eidem est ostendenda atque utilitas, alia vt taceam.

Non negandum, quod exercitium multum hic faciat. Interim tamen alteri auxilio non raro nos esse posse, experientia docet. Schol.

§. 882. Adfectus turbant attentionem rebus aliis adhibendam. Exper.

§. 883. Si quem itaque conuincere velimus, adfectus eius non debemus excitare (§. 882. 880.); Cumque per conuicia, dicteriaque aculeata facile in altero adfectus excitentur (per exp.); ab iis abstinendum est sollicitate, si quis alterum conuincere velit. Confess.

Alioquin stolidè agit (per def. *stultitiae*). Schol.

§. 884. Conuictio rationalis fit mediante demonstratione (§. 877.); cum itaque demonstratio fit vel ostensiva vel apogogica (§. 747.), dupliciter etiam quis potest conuinci ope rationis, ostensue nimirum atque apogogice. Theor.

Diffiteri tamen non possumus, suis laborare conuictionem apogogicam incommodis. Facillime aliqua propositio habetur pro falsa, ob consequentias inde deductas, dogmatibus quidem vulgo receptis, sed non satis firmo forte tali innixis, repugnantes; ducit porro per ambages, & tamen veram causam cur propositio aliqua fit falsa, si nondum perspicit alter. Schol.

CAPVT XIII.

DE

REFVTATIONE ET DEFENSIONE.

§. 885.

Polemica est ars, regulis logicis conformiter adserta ab vna parte vitiorum adculpandi, ab altera parte autem illa ab incusationibus vindicandi. Definit.

candi. Prior vocatur *impugnator*, seu *impugnans*, qui alterius adserta arguit vitiorum; posterior, qui adserta sua ab alterius criminationibus tueri nititur, *defensor* audit, vterque communi *antagonistarum* nomine venit, qui quippe sunt personae sibi contradicentes. Si impugnator demonstrat vitium adserti alterius, vocatur *refutator*. *Refutare* enim est demonstrare falsitatem propositionis, quam alter pro vera habet, & propositio, cuius falsitas demonstratur, dicitur *refutari*.

Schol. Vox *impugnare* Cel. WOLFIO & aliis sumitur pro insufficiente probatione falsitatis propositionis, quam alter pro vera habet. Verum secundum loquendi usum *impugnare* est genus, *refutatio* species; cui insufficientis impugnatio, seu altera species, potest apte opponi.

Theor. §. 886. Propositio vera falsa esse nequit (per princ. contrad.), ergo non potest demonstrari, eam esse falsam (§. 745.), adeoque *propositio vera refutari nequit* (§. 885.). Interim potest aliquis propositionem veram arguere falsitatis, adeoque *impugnari potest*, licet tantum *insufficienter* (§. cit.). Propositionis falsae cuiuscunque falsitas potest demonstrari, per consequens *propositio falsa quaelibet potest refutari*, & adeo impugnari (§. praeced.). Quoniam autem fieri quoque potest, ut aliquis insufficienter tantum probet propositionis falsae falsitatem, *insufficienter etiam potest impugnari* (§. praeced. Schol.).

Consect. §. 887. Si de propositionis alicuius veritate sumus conuicti certi esse possumus, antagonistam non refutasse eandem, sed modo insufficienter impugnasse (§. praeced.); sin autem de ea conuicti non sumus, non valet idem (§. praeced.).

Theor. §. 888. Refutatio est demonstratio falsitatis propositionis, quam alter pro vera habet (§. 885.),
si

ad §. 458.

Non duo autem, sed et propositio falsa qualibet potest refutari; sed unum dicitur, vel alio
modo, omnino, qui non est circa prima principia potest esse
falsum.

si in qu
ket, pr
ma ell
(§ 657)

§. 8
propo
vel dir
nfitati

Democ
de r

§. 890
impugna

formati

gama th

§ 891
men dete

onitur fa

improven

in § re

§. 892
dicipien

naturu su

890.) ca

teat, que

que form

contrarie

§. 893

um con

mentum

cabium ;

therius ;

milarum

nar ad p

quas coi

non pot

si itaque debitam adfert attentionem alter, agnoscat, principia esse vera, nec a demonstrandi forma esse aberratum, adeoque se errasse agnoscat (§. 657. 672.).

§. 889. Refutatio est demonstratio falsitatis Theor. propositionis (§. 885.); iam demonstratio est vel directa vel apogogica (§. 747.), adeoque refutatio est duplicis generis.

Demonstratio est vel a priori, vel a posteriori, vnde Schol. de refutatione idem valet.

§. 890. *Thesis* vocatur adsertum illud, quod Definit. impugnatur; oppositum thesios dicitur *antithesis*. *Formatio status controuersiae* est determinatio legitima thesios & antithesios.

§. 891. Si quis alterum vult refutare, neque tamen determinet adcurate, quid impugnare velit, oritur facile logomachia (§. 270.); *status* itaque *controuersiae formandus ante est*, quam *impugnatio & refutatio suscipiatur* (§. 890.).

§. 892. *Vt status controuersiae rite formetur*, Probl. dispiciendum est, quidnam sit istud, quod impugnatur sumus, thesinque adeo determinemus (§. 890.), eam resoluamus & interpretemur, vt pateat, qua ratione a nobis intelligatur ista, tumque formetur antithesis, vel contradictorie, vel contrarie opposita thesi.

§. 893. *Impugnaturus alterum*, formet rite statum controuersiae (§. praeced.), tumque argumentum iſtuat, cuius conclusio est antithesis, i. e. *dubium*; forma sit legitima, & praemissas probet vltierus; & si *refutare eum velit*, tamdiu in praemissarum probatione progrediatur, donec perueniat ad principia indubitata (§. 885. & P. §. 79.), quas concedit alter, saltim absque contradictione non potest vocare in dubium.

Si

Schol. Si alter debet erroris sui conuinci, opus est, vt principia noſit, & praeter attentionem debitam aliquam capacitatem adferat ad conuictionem; operam alias perdis, oleumque. Hinc est, *contra ignorantem vel negantem principia, scil. indubitata & omnia, non esse disputandum*, cum primis si inhabilis sit.

Probl. Theor.

